

dine rerum: id quod supremum est: habet et participat optimo absque omni motu: quod quidem pertingit in substantiis separatis que sunt omnino immobiles. dicitur enim optimo propter supremam causam que est deus altissimus qui est ipsa essentia bonitatis: dicitur autem participat etiam propter inferiores substantias separatas que esse et bonum habent ex alio. nam participare nihil aliud est quam ab alio partialiter accipere: hic est igitur primus et supremus ordo entium. 2<sup>o</sup> ordinem distinguit dicens quod est aliquid quod de propinquo attingit id optimum per paucos motus sicut suprema sphaera: que in ratum dicitur appropinquare ad illud optimum: in quantum pertingit ad hoc: quod sit causa vniuersalis corporalium: et causa permanentie ipsorum. Deinde ponit tertium gradum dicens. Quod aliquid appropinquat ad bonum optimum per multos motus: sicut superiores planete qui etiam sunt cause vniuersales effectuum in mundo et permanentie et fixationis rerum. Deinde ponit quartum gradum dicens: quod aliquid est quod non potest participare illud perfectum bonum: sed sufficit qualitercumque appropinquet. Et ad eorum manifestationem subiungit exemplum dicens: quod si ponamus sanitatem vite finem: inueniendum quantum ad hoc aliquid esse optimum: quod semper est sanum. In 2<sup>o</sup> autem gradu est: quod fit sanum per solam extenuationem. id est subtractionem superfluum. In 3<sup>o</sup> autem gradu est quod sanitatem quidem adipiscatur et per extenuationem: sed ad hoc quod extenuetur: indiget cursu. et ad hoc quod currat: requiritur quod aliquid aliud agat ut sit aptum ad cursum: et sic habet plures motus quibus peruenit ad finem sanitatis. Quartus autem gradus est: quod non potest peruenire ad hoc quod sanetur sed peruenit ad aliquid eorum quod sunt preuia sanitatis: puta ad hoc quod solum currat. vel etiam ulterius quod extenuetur: quorum neutrum est finis: sed eorum est aliquis finis. scilicet sanitas ut dictum est. Et horum rationem assignat dicens quod maxime optimum est in omnibus finem sortiri qualitercumque. scilicet siue sine motu. siue per paucos: siue per multos motus. Si vero non contingat adipisci finem: semper tanto aliquid erit melius: quanto magis appropinquat ad optimum: puta quod pertingit ad extenuationem: quam est propinquissima sanitati: est melius quam quod pertingit ad cursum. Ex quo etiam patet: quod in vnoquoque horum ordine possunt esse multi gradus. Et quia terra maxime distat a summo ordine rerum: ideo totaliter non mouetur: quasi non valens appropinquare ad optimum: per hunc modum quod sit causa aliorum. Illa vero que sunt propinqua terre: que sunt in quarto ordine: paucis motibus mouentur: quia non attingunt ad alterum extremum: ut sint viles cause permanentie rerum: sed in tantum mouentur: in quantum possunt sortiri aliquid de similitudine primi. et diuiniissimi principii: in hoc. scilicet quod ipsa sint aliorum principia. Sed primum celum statim sortitur hanc similitudinem per vnum motum qui pertinet ad 2<sup>um</sup> gradum. Illa vero que sunt intermedia inter primum celum: et extrema corpora que sunt in 3<sup>o</sup> ordine attingunt similitudinem primi principii in causando per plures motus. In his autem que dicta sunt tria expressit. scilicet principium quod habet et participat optimo: hoc enim exposuit esse diuiniissimum principium. Si autem etiam 2<sup>o</sup> ordinem: qui per paucos motus attingit perfectum bonum attribuit primo celo. quantum etiam ordinem qui propter imperfectionem omnino caret motu attribuit terre. Remanet autem dubitatio de alijs duobus ordinibus quibus sint attribuendi. Nam si tertium ordinem attribuamus superioribus planetis: eo quod per plures motus consequuntur perfectum bonum et durum: videbitur attribuere quartum ordinem soli et lune: ut dicamus quod non attingunt ad perfectum bonum: quod videtur inconueniens: presertim cum sol videatur esse nobilissimus planetarum: et tam ipse quam luna videatur habere maximam efficaciam in inferioribus corporibus. Et ideo auerroyus dicit in commento suo: quod quartus ordo eorum. scilicet que non attingunt perfectum bonum: sed appropinquat ad ipsum per paucos motus attribuitur tribus elementis. scilicet

aque. et aeri. et igni: que quidem mouentur duplici motu. scilicet motu proprio secundum naturas grauitatis et leuitatis: et motu quem consequuntur ex celestibus corporibus: sicut ignis et superior pars aeris mouetur circulariter secundum motum celi: et mare fluit et refluit secundum motum lune. Tertium autem ordinem attribuit omnibus planetis: qui consequuntur perfectum bonum: id est causalitates vniuersales super hec inferiora: per plures motus. Sed secundum hunc intellectum dubitatio quam mouit Aristoteles remanet insoluta: et ideo secundum intentionem Aristoteles dicere oportet quod quartus gradus attribuatur soli. et lune qui secundum ipsos sunt infimi planetarum: et secundum principia Aristoteles eorum ordo in dignitate est secundum ordinem situm eorum: eo quod superior sphaera pertinet inferiori. Continens autem est nobilior et formaliter contento: sicut dicitur in quarto philosophorum: et sicut postea dicitur in capitulo de terra. Secundum hoc ergo intelligendum est: quod optimum in rebus est permanentia: que quidem in substantiis separatis est absque omni motu: et quicquid permanentie est in inferioribus rebus: illinc deriuatur. Et inde est etiam quod supremum celum quod est propinquissimum substantiis separatis: suo motu diurno: est causa sempiternitatis et permanentie rerum. Et ideo maxime attingit ad similitudinem primi principii. Superiores autem planete sunt magis causa permanentie et durationis: quam inferiores. unde saturno attribuuntur res fixe. Et ideo est etiam quod secundum ptolemeum in quadripartito. quod ea que sunt iouis attribuuntur ad vilia loca terre. Ea autem que iouis ad loca annualium temporum. Ea vero que sunt solis. et martis et veneris. et mercurij: ad loca mensium: transit vero lune ad loca diurna: coniunctiones etiam superiorum planetarum coaptantur effectibus magis vniuersalibus et permanentibus secundum astrologos: sol autem et luna qui sunt inferiores planete secundum Aristoteles habent maiorem efficaciam ad causandum transmutationes in istis inferioribus corporibus: quod quidem non est optimum: sed aliquid ordinatum ad optimum et preuium ei. Nam corpora inferiora per transmutationem generationis et corruptionis consequuntur perpetuitatem in specie quam in individuo habere non possunt. Simplicius autem dicit in commento. quod non existimat ordinem nobilitatis esse in corporibus celestibus secundum ordinem situs: sed quod vnuquodque corporum celestium siue nobilior siue minus nobile ibi ponitur vbi optimum est ipsum poni. et ideo luminaria mundi. scilicet sol et luna. secundum Aristoteles propinquissime situantur inferioribus corporibus que id est illuminari ab eis. Id tamen quod prius dictum est: magis verum esse videtur secundum conuenientiam principiorum naturalium. Secundum vero suppositiones moderatorum astrologorum: satis conuenienter videtur dispositus numerus celestium corporum: sed non secundum rationem quam Aristoteles hic assignat. Nam sic dictum est. et sicut Aristoteles dicit in 12. meta. 3. in celestibus motibus aliquid esse quod est causa perpetuitatis et durationis rerum: et aliquid esse quod pertinet ad causas transmutationis: et in vnoquoque ordine 3. esse aliquid summum. Sicut igitur in ordine causalitatis permanentie rerum post primum motum qui reuoluit totum permanentiam obliet octaua sphaera: ita etiam in ordine causalitatis transmutationis rerum summum locum obliet sphaera solis: quod quodammodo proportionaliter respondet in hoc ordine sphaera stellarum. Ita. scilicet quod sicut sphaera stellarum fixarum permanent in stellis multitudine: quod congruit vilitati calitatis eius propter diuersas effectuum species: ita et sphaera solis superabundat in magnitudine solaris corporis. et luminositatis eius propter efficaciam transmutationis inferiora corpora. Unde sic sphaera stellarum fixarum attribuuntur duo motus. scilicet motus proprius. et motus superioris sphaera: ita et soli attribuitur duplex motus. scilicet vnu proprius quo mouetur in suo circulo. et alius quo mouetur sphaera eius secundum motum sphaera stellarum fixarum: vtrique autem sphaera quasi deseruiunt tres inferiores sphaera. Ita. scilicet quod sphaera stellarum fixarum intelligantur deseruire ad causandum permanentiam in rebus et ad viles effectus. Saturnus iuppiter et mars propter quod vniuersales habent motus secundum numerum: nam sicut dictum est: vnicuique attribuuntur tres motus: soli autem intelliguntur deseruire tres inferiores planete ad causandam trans-



mutationem in rebus. & ideo diuersificantur in numero motuum: ita. s. q. soli attribuantur duo motus. veneri attribuantur tres. mercurio quatuor: lune quinque. Est etiam sciendum: q. q. Aristo. hic terram ponit non participare aliquem motum: alexander dicit eam esse animam: sequitur. n. in h. errorem gentiliu qui cultum diuinitatis terre attribuebant: quod Aristo. reprobat in tertio de aia: ostendens q. nullum corpus simplex est animatum: quod etiam euidenti signo apparet: q. que in animalibus sunt magis terrea: sicut ossa: insensibilia sunt. Si autem corpus celeste existens simplex est animatum: non impedit hanc rationem: q. corpus celeste non subiacet contrarietati sicut simplicia elementorum corpora: nititur autem probare corpus terre esse animatum: q. in eternum durat. & ex eo q. aliquae partes terre sunt animatae: non attendens q. ad corpora animata: terra & alia elementa habent habitudinem materie: corpus autem celeste habitudinem agentis: agens autem nobilius est factio. sed factio nobilius materia: unde & si celum habet nobiliorem formam q. corpora animata: elementa habent formam minus nobilem: similiter autem nititur ostendere q. non repugnat actioni terre q. non moueatur. vno quidem modo: q. etiam plante sunt animate: que tamen non mouentur secundum locum. Sed in hoc fallitur: q. quibus non mouentur motu locali: mouentur tamen motu augmenti & decrementi. Alio modo: q. cum etiam ea que intelligunt dicat Aristo. viuere: nihil prohibet terram esse animatam. & viuentem licet non moueatur secundum locum: potest tamen esse q. intelligat. Sed hoc est contra Aristo. qui dicit in 2. de aia: q. in corporibus corruptibilium non est aliquid habens intellectum sine sensu. Terram autem insensibile esse manifestum est. ex eo q. quotidie scinditur: & atteritur. Adhuc autem: cum eadem sit natura totius & partis: sicut & idem motus: si terra tota haberet animam intellectuam oporteret q. quelibet pars eius diuisa esset animata. & intelligens: & q. vltimo omnia corpora mixta in quibus terra superabundat essent talia: quod est derisibile. Addit etiam q. licet terra ster. habet tamen aliquam operationem: que est ipsum stare: vt sicut celestis corporis est operatio mouere: ita terre operatio: est stare vel quiescere. Sed in hoc fallitur. q. stare vel quiescere non est operatio: sed priuatio operationis vel motus. unde cum cuiuslibet viuentis corporis oporteat esse aliquam operationem vite que appareat in ipso corpore. & non solum in anima: alioquin frustra corpori vniueretur: manifestum est autem q. terra in cuius corpore nulla vite operatio apparet: non potest esse animata.

67. **D**ubitatione autem quia secundum primam quidem vnam existentem lationem magna multitudo constat astrozum. Aliorum autem sigillatim

68. vniquodque accepit proprios motus. **P**ropter vnus quidem vtrique quis primus rationaliter existimabit hoc existere. Intelligere. n. oportet: vite & principij vnus cuiusque multas excellentias esse prime ad alias. **Lectio. XIX.**

**R**emissa solutione prime dubitationis hic soluit dubitationem secundam: qua. s. querebatur quare cum in spera primi motus sint innumerabiles stelle in qualibet aliarum inferiorum non est nisi vna: ponit autem ad hoc tres solutiones: quarum prima est sumpta ex excellentia prime sperae ad alias: & dicit q. circa dubitationem qua dubitatur quare secundum motum prime sperae qui est vnus inuenitur magis multitudo astrozum. in alijs autem speris inferioribus planetarum vniqueque stella seorsum accipit proprios motus:

vt. s. alij sint motus saturni. alij iouis. & sic de alijs: cum tamen omnes stelle fixe sint locate secundum proprium motum. Dicendum est q. aliquis potest existimare hoc rationabile esse. primo quidem propter hoc vnus: q. oportet intelligere q. prima spera habeat magnam excellentiam in comparatione ad alias speras. Tu quantum ad vitam: q. s. habet meliorem vitam vt pote huius nobiliores animas. Tu quantum ad hoc quod est esse principium vnus cuiusque: q. s. vniuersalis causalitas magis competit prime sperae q. alicui aliarum. Que quidem excellentia considerari potest ex tribus. primo quidem: q. immediatus ordinatur ad primus motorem. scdo q. continet & reuoluit omnes alias speras. 3. autem q. huius motum simplicissimum & velocissimum. Manifestum est autem: q. id quod est nobilissimum & magis actiuum in corporibus celestibus: est stella: quod ostendit luminositas ipsius. Et ideo conueniens est q. prima spera abundet in multitudine stellarum per comparationem ad alias speras. Si vero supponamus: q. spera stellarum fixarum non sit suprema spera: sed sit alia spera ea superior: in qua nulla est stella: nec differt ad propositum: q. motus sperae non est nisi per motum stelle vt dicitur in. 12. meta. unde ille motus supreme sperae qui caret stellis: ordinatur ad motum stellarum fixarum. Sicut secundum antiquos astrologos vnusquisque planeta habet multas speras carentes stella. ordinatas ad motum stelle infixe in vltima earum. & secundum hoc quantum ad ordinem motus illa spera prima cadit in eundem ordinem cum stellarum fixarum spera. Propter quod etiam Aristo. signanter dicit esse multas stellas secundum primam lationem: non autem secundum primam speram: q. lationes determinantur secundum stellas propter quas deferendas mouentur sperae: non autem secundum speras. hoc autem solum ingerit q. motus stellarum fixarum non est omnino simplex. vt dicit Aris. & supponit: s. compositus ex duobus motibus. **S**cdas rationes ponit ibi.

**E**rit autem vtrique accidens secundum rationem. Prima quidem. n. vna ens: multa mouet corporum diuinozum. Adhuc autem entes: vnus solum vniqueque. Errantius. n. vnus quodque pluribus fertur lationibus. Sic quidem igitur adequat natura: & facit ordinem: vnus quidem lationi multa tribuens corpora: vnus autem corpori multas lationes.

**Q**ue quidem sumitur secundum proportionem multitudinis stellarum ad multitudinem motuum: & dicit hoc quod in dubitatione ponitur: secundum rationem accidere. Nam prima latio cum sit vna: secundum eas mouentur multa celestium corporum: que vocat corpora diuina propter sui perpetuitatem. Inferiores autem lationes: multe earum mouent vnus corpus solus: q. quelibet stellarum errantiu. j. planetarum: mouet pluribus motibus: vt supra dictum est. Sic igitur natura quandam proportionis equalitatem inter stellas fixas & planetas & ordinate eas disposuit: ita. s. q. vni primo motui attribuit multa corpora: id est multas stellas: e contrario autem circa planetas vnus corpori: id est vni stelle attribuit multos motus. Et rationabiliter ita distribuit: nam planete sunt quasi instrumenta quedam suprema sperae quasi principalis agentis in corporibus: in quantum planetis mediantibus quodammodo deferuntur & cooptantur multiplices influentiae stellarum fixarum ad hec inferiora. Instrumentum autem agit. in quantum est motus: principale autem agens agit secundum formam & virtutem propriam. Et ideo conueniens est q. suprema spera abundet in multitudine stellarum: in quibus radicanter diuersae virtutes actiue: plante autem abundant in multitudine motuum. Saluatur autem hec ratio etiam secundum positionem modernorum philosophorum. Nam & si spera stellarum fixarum habeat duos motus: minimum tamen de 2. eorum participat qui tardissimus est in ea. **T**ertiam rationem ponit ibi.

66. 70.

66. 71.

69.

66. 72.



65. Et adhuc propter hoc quidem unum habent corpus alie rationes: quia multa corpora movent que prime ultime et unum habentis. In multis enim speris ultima spera infixa fertur: unaqueque autem spera corpus existit ens. Illius quidem igitur commune erit opus. Hec quidem enim singularis propria per naturam latio. Hec autem velut apponitur. Omnis autem finiti corporis ad finitus virtus est. Sed de circulari quidem motu latius astris dictum est: qualia quedam secundum substantias sunt: et secundum figuram: et de latrone: et ordine ipsorum.

66. Que quidem sumitur ex multitudine sperarum movetur unumqueque planetarum secundum positiones antiquorum astrologorum et dicitur: quod in quolibet apparere motu planetarum invenit unum corpus stelle que movetur: quia multa corpora sperica sunt que moventur stelle: ita scilicet quod ille que sunt prime. scilicet superiores sunt motive illi spera que est in fine: et que habet in se ipsam stellam: quia stella movetur infixa in ultima spera multarum sperarum ordinatarum ad motum uniuscuiusque. Vel potest intelligi quod una spera est quodammodo alligata superioribus speris: et secundum earum motum movetur: manifestum est autem quod unaqueque harum sperarum est corpus quoddam. Sic igitur est opus ceterorum sperarum revolutivum planetarum. scilicet est illi spera que summe in illo ordine: que revolvit omnes inferiores: quia motus infime spera: in qua est planeta: est proprius motus et naturalis ipsius planete. motus autem superiorum sperarum qui apponuntur ad dirigendum irregularitatem que videtur in motu planete. scilicet secundum velocitatem: et tarditatem: retrogradationem directionem: et stationem. Et sic patet quod cum spera superiorum moveat omnes inferiores ordinatas ad motum eiusdem planete: si cum hoc haberet movere plures stellas: esset ei laboriosus: quia cuiuslibet corporis est virtus finita: per comparationem ad aliud corpus. Quis est enim. scilicet philosophorum quod in magnitudine finita: non est virtus infinita. Non autem est intelligendum: quod ista difficultas accideret ex eo quod in stellis sit ponderositas: aut aliquid resistens motui: scilicet esse excessus movetur ad mobile: non autem posset esse excessus superioris spera secundum virtutem: si in inferioribus simul cum multitudine sperarum esset multitudine stellarum: cum in corporibus stellarum abundet virtus celestium corporum. Est autem diligenter attendendum quod si nitam proportionem ponit spera movetur ad corpora mota. ex eo quod spera movetur est corpus. Ex quo patet quod motor separatus est suba incorporea: et imaterialis: non habet secundum iterationem Aristotelis finitum excessum supra corpus: quod ab eo movetur: sed infinitum: virtute extra totum corpus magnitudinis exterioris: et per manum non determinatam. Ex quo patet falsum esse quod Averroes dicit in suo commento: quod additio primi motoris supra potentiam moti: non est infinita nisi in tempore infinito. Qualiter autem si potentia motoris separati est infinita: non moveat velocitate infinita. scilicet in instanti: et qualiter si potentia corporis est finita: corpus possit durare tempore infinito: manifestum est in philosophorum. Sciendum vero est quod tertia ratio non habet locum secundum modernos astrologos qui non ponunt planetas multas speras quarum una movetur omnes sicut ponebant antiqui astrologi: qui tamen ponebant multas stellas fixas non moveri nisi ab una spera. Ultimo autem epilogat dicens: quod dictum est de stellis que moventur motu circulari qualia sunt secundum substantiam sue nature et secundum figuram. dictum est etiam de motu et ordine ipsarum.

67. Aliquam autem de terra dicere ubi existat posita: et utrum quiescentius aut motorum: et de figura ipsius.



Lectio. XX.

Quis philosophus determinavit de corpore celesti: quod movetur circulariter: hic determinat de terra: non secundum quod est unum quatuor elementorum: sed secundum quod est centrum celestis motus: sicut de ea tractant astrologi. primo ergo dicit de quo est intentio. secundo prosequitur propositum ibi. De positione quidem etc. dicit ergo primo: quod cum dictum sit de celo: relinquatur dicere de terra: de qua dicit se determinaturum. primo de situ eius: ubi scilicet sit posita. secundo de quiete eius. scilicet si sit de numero eorum que quiescunt vel que moventur. tertio de figura eius utrum sit sperice figure vel cuiuscumque alterius. Deinde cum dicit.

De positione quidem igitur non eandem omnes habent opinionem: sed pluribus in medio positi omni dicentibus quicumque totum celum finitum esse aiunt: contrarie autem qui circa Italiam vocari pythagorici dicunt. In medio quidem ignem esse inquiunt: terram autem unum astrozum existentem circulariter circa medium noctem et diem facere. Adhuc autem oppositam aliam huic astruunt terram: quam antichthona nomine vocant.

Exequitur propositum: et persequitur predicta tria secundum opinionem aliorum. primo secundum veritatem ibi. Nos autem dicamus. Circa primum duo facit. primo ponit falsas opiniones quorundam circa terram. primo assignat falsas rationes illorum circa veram positionem de gete terre ibi. Desistere et dubitare. non etc. Circa primum tria facit. primo ponit opiniones aliorum circa situm terre. primo circa getem. et motum ibi. Sicut autem et de maiestate. primo quantum ad figuram ibi. Et de figura autem. Circa primum tria facit. primo ponit opiniones aliorum circa situm terre. primo ponit rationes eorum ibi. Non ad apparentia etc. primo solvit ibi. Tamen medium. Dicit ergo primo: quod de situ terre non omnes philosophi habent eandem opinionem: quocumque. postulerunt totum uniuersum esse infinitum: non potuerunt assignare terre determinate situm. eo quod in infinito non est accipere medium et extrema. sed plures eorum qui postulerunt totum mundum esse finitum: dixerunt terram esse positam in medio mundi sicut anaximander. Anaxa. demo. empedocle. et plato. Sed quidam philosophi qui dicuntur pythagorici in partibus italie commorantes econtra dixerunt quod ignis positus est in medio mundi: terra autem ad modum unius stellarum moveatur circulariter circa medium mundi. similiter ponebant aliam terram oppositam illi terre: quam ponebant moveri sicut istam: quam vocabant antichthona: eo quod est contra posita huic terre: que tamen a nobis videri non potest propter hoc quod sequitur in suo motu terram istam: in qua nos habitamus: ita quod per totum corpus terre interponitur inter visus nostros et alteram terram. Et licet pythagorici dixerint secundum apparentia suorum sermonum: intelligebant tamen metaphorice loquentes ignem esse in medio: quia calor naturalis ex sole et aliis stellis preceus usque ad medium mundi pertingit omnia quodammodo cotermpas et conseruans. terram autem dicebant esse stellam: quia est calida diei. et noctis: per suam habitudinem ad solem: terram autem aliam vocabant lunam: vel quia obsistit lunari luminati sicut et terra: ut in eclipsibus patet: vel quia est terminus celestium corporum versus nos: sicut et terra est terminus elementorum. Deinde cum dicit.

Non ad apparentia rationes et causas que rentes: sed ad quasdam rationes et opiniones ipsorum apparentia attrahentes et teretes adornare.

Ponit rationem eorum. Et circa hoc duo facit. primo ponit qualitatem positionis eorum. primo ponit ipsas rationes ibi.



Honorabilissimo. n. Circa primus duo facit. primo ponit qualibus rationibus pithagorici utebantur. et dicit quod pithagorici non querebant solummodo rationes et causas ut applicarent eas ad ea que sensu apparent. sed e converso ea que sensu apparent: conabantur reducere: et per quamdam violentiam attrahere ad quasdam rationes et opiniones inestimabiles: quas ipsi precogitabant: quod quidem conveniens est in his que ab homine fiunt: quorum principium est intellectus humanus. In his autem que arte divina sunt facta: oportet e converso quod ipsi ex operationibus que videntur considerent operum rationes: sicut artifex ex rationibus preconceptis assimilatur domum quam facit: sed quicumque alius videret domum iam factam: ex ipso opere viso: consideraret operis rationes. ¶ 2<sup>o</sup> ibi.

73. **C** Ad ultimum autem videtur et alijs simul videbitur non oportere terre medij regionem assignare credibilem non ex apparentibus considerantibus: sed magis ex rationibus.

¶ Ostendit quod eisdem rationibus pithagoricoz multoties alios possibile est moveri: et dicit quod multis alijs preter pithagoricos videri poterit quod non oporteat mediam latitudinem assignare terre dum considerat id quod oporteat credere: non ex his que apparent: sed magis ex intelligibilibus rationibus. Quod quidem non dicit quod aliqui preter pithagoricos hoc posuerunt ante Aristotelem. sed quod possibile erat alios ex his rationibus moveri. Unde dicitur post Aristotelem: arcidemus fuisse. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Honorabilissimo enim putant convenire honorabilissimam existere regionem: esse autem ignem terra quidem honorabiliozem: terminum autem intermedij: extremum autem et medij terminos. Quare ex his recogitantes non putant in medio spera poni ipsas: sed magis ignem.

¶ Ponit duas rationes: quarum prima est quod putabant honorabilissimo honorabilissimam regionem competere. id est locum: eo quod loca proportionantur corporibus secundum eorum naturam. Manifestum est autem quod ignis est honorabilior quam terra: tum propter claritatem: tum propter virtutem activam: tum etiam propter subtilitatem ipsius: manifestum est autem quod termini sunt nobiliores his que sunt inter media inter terminos sicut terminus terminato. et continens contentum. Id autem quod est extremum. id est supremum in mundo et medium mundi ponebant esse quasi terminos que propter hoc ponebant nobilissima loca. Et ideo ista cogitantes non ponebant terras in medio spera mundialis: sed magis ignem: qui tenet secundum locum nobilitatis post celestia corpora que sunt in extremo. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Adhuc autem pithagorici quidem propter maxime convenire servari principalissimum totius. Ad medium autem esse tale Jovis carcerem nominant: hanc habentem regionem ignem.

¶ Dicit quod pithagorici ponebant ignem in termino mundi: propter hoc quod cum sit principalissimum inter elementa: maxime debet conservari: sicut res preciosas diligentius custodimus: medius autem locus videtur habere talem conservandi dispositionem quasi vallatus et firmatus ex omnibus que circumstant media. Et inde est quod pithagorici metaphorice loquentes nominabant hanc regionem que habet ignem esse carcerem vel custodiam jovis: et hoc si intelligamus ignem esse custodiam: si autem intelligamus ignem esse custodientem: oportet e converso intelligere quod ignis qui habet hanc regionem. id est qui tenet medij locum dicatur carcer jovis quasi huius virtutem custodiendi. ¶ Deinde cum dicit.

74. ¶ Tanquam medium simpliciter sit dictum:

et quod magnitudinis medium et rei existens medium et nature. Quamvis quemadmodum in animalibus non idem animalis et corporis medium: sic existimandum magis et circa totum celum: propter hanc quidem igitur causam nihil eos oportet timere circa totum: neque adducere carcerem ad centrum: sed illud querere medium quale quid: et ubi aptum natum est. Illud quidem. n. principium quod medius et honorabile. Locum autem medij assimilatur ultimo magis quam principio: quod quidem. n. determinatum medij: quod autem determinans finis: honorabilior autem continens et finis quam finitus: hec quidem. n. materia: hec autem substantia consistentie est. ¶ De loco quidem igitur terre hanc habent quidam opinionem.

¶ Soluit predictam rationem et dicit quod pithagorici in predicta ratione utebantur nomine medij: ac si simpliciter id est univoce diceretur medium magnitudinis et id quod est medium rei. s. secundum naturam: per quod. s. natura rei conservatur: sicut videmus in animalibus quod non est idem medium a quo natura animalis conservatur quod est corpus: et quod est medium quantum ad corporis magnitudinem: quod est magis umbilicus: et ita est etiam estimandum in toto celo. id est in toto universo. Et propter hoc non oportet eos dubitare circa totum universum: quasi indigeat custodia: ita quod oporteat carcerem sive custodiam universi attribuire centro: quod est medium magnitudinis: sicut oportet querere de eo: quod est medium nature in universo: sicut in animali quale sit secundum naturam. et quis locus ei naturaliter competit. Et hec duo manifestat primo ostendens quale sit medium universi: quod proportionatur cordi animalis: et dicit quod est principium aliorum corporum: et maxime honorabile inter alia corpora: et hec est spera stellarum fixarum: non autem competit ei locus medius sed magis locus extremi continentis: quia id quod est medium magnitudinis inter loca universi: magis assimilatur ultimo quam principio. Et hoc ideo: quia medium est contentum. et determinatum omnibus alijs. Id autem quod est finis. id est extremum inter corpora secundum ordinem locorum habet rationem determinatis et continentis: manifestum est autem quod continens est honorabilior contento. et finis quam finitus: quia contentum et finitus pertinet ad rationem materie: esse autem continens et finis ad rationem forme: que est substantia totius continentie rerum. Et ita corpora continentia sunt magis formalia: corpora autem contenta sunt magis materialia. Et ideo in toto universo: sicut terra que ab omnibus continetur in medio localiter existens est maxime materialis: et ignobilissima corporum. Ita etiam suprema spera est maxime formalis et nobilissima: et inter elementa ignis est maxime continens et maxime formalis. ultimo autem epilogo concludit quod de loco terre quidam habent talem opinionem etc.

¶ Similiter autem et de mansione et motu. Non enim eodem modo omnes suspicantur: sed quicumque quidem neque in medio ponit: aiunt ipsam moveri in circuitu circa medij: non solum autem hanc: sed et antichthona: quemadmodum diximus prius. Quibusdam autem videtur et plura corpora talia: tringere ferri circa medij: nobis immanifesta pro suppositione terre. Lectio XXI.





**D**istat phus posuit opinioes de situ terre hic ponit opiniones de motu: et gete ipsi: et ponit duas opiniones: qru scdam ponit ibi. Quidam autem et posita. Circa primus tria facit. p ponit positioes. scdo inducit qdas probatione ipso rum ibi. Propter quod et lune et tertio ostendit quomodo obuiabant rationibus in contrariis inductis ibi. Quoniaz .n. no est terra: dicit ergo pmo. q sicut de loco terre diuer simode loquunt phi: ita etia et de motu et quiete ipsi: sed quicunq non dicunt ipsam esse positam in medio mundi sicut pithagorici: attribuunt ei motu circulari quo mouet circa medium. nec dicunt hanc solam terraz moueri in q nos habitamus: s; etiaz quada; aliaz qua vocant antichthona. i. contra positam huius terre: sicut supra dictu est: et hoc ponebant propter perfectionez denary numeri: vt sint octo corpora celestia circulariter mota. s. spera stellarum fixarum: et septem planete: impleatur denarius numerus positis duabus terris circulariter motis. Quidam autem pithagoricoz sunt qui no solu ponut q sint due terre circulariter mote: sed q sunt plura alia corpora terrea circa mediu mota: que quide sunt nobis immanifesta ppter hoc q hec terra in qua habitam superponitur alijs ita. s. q alie sequuntur motuz ipsius: et ideo interpositio huius terre inter visus nostros et illas occultat eas nobis.

**Deinde cum dicit.**  
**Propter quod et lune eclipses plures q solis fieri inquit.** Latorum enim vnunquodq occultare ipsam: sed non solam terram.

**Inducit eius qd ultimo dictu est probatione.** secundu eos. Manifestu est. n. q sicut eclipsis solis attingit ppter interpositione lune inter nos et solem: ita eclipsis lune attingit propter interpositione terre inter soles et luna: pluries aut eclipsatur luna q sol. Qd quide dicebant accidere pp hoc q vna sola luna est q eclipsat soles: interposita inter nos et ipsam: lunam aut non soluz eclipsat ista terra in qua nos habitamus: sed plures alie. Sed hec ratio eorum nulla est: qz nunq inuenitur luna eclipsari nisi p interpositionem huius terre inter lunam et sole: quando. s. luna subintrat ymbra huius terre: accidit aut pluries eclipsari luna q solem: qz eclipsis solis impeditur propter diuersitatem aspectus.

**Deinde cu dicit.**  
**Quoniam enim non est terra centrum: sed distat per hemisperm ipsius totuz nihil prohibere putant appareria accidere similiter no habitantibus nobis in centro: quemadmodu et si in medio esse terra: nihil enim neque nunc facere manifestum per medietatez distans ab his que diametri.**

**Ostendit quomodo obuiabant rationib contra se inductis:** quozum tñ pcpuius est q nisi terra esset in medio mundi: orizon: qui est superficies transiens p visum nostru no secaret semper totaz speram et maximos circulos eius in duo media. ita. s. q semper apparerent nobis sex signa super terram. et sex signa sub terra. Sed ad hoc ipsi rudebant q tota terra no est centru: qz centru est indiuisibile et puntuale: terra aut est corpus magnitudinez habens. vnde circulus videtur qui est in superficie terre a cetro: tñ hoc no impedit quin alia accidant nobis apparere: sic si visus noster eet in centro: et hoc est ppter puitate terre que quasi nullius est grauitatis in comparatione ad totu celum. Et similiter existimabant q si terra in qua nos habitamus no sit in medio: q oia apparentia accidant: sicut si terra esset in medio mundi: qz etia nunc no manifestat distantia a medio qtum ad apparentia quis visus no-

ster distet a medio mundi per totam medietatem diametri terre. Sed hoc intelligi posset: si terra per modicu spacium distaret a medio: non autem si distaret per multum spacium. Sunt autem quedam alia apparentia que non solum saluarentur si terra non esset in medio que accidunt: puta eclipsim lune per directam oppositionem lune ad solem. Nisi enim terra semper esset in medio: non semper sequeretur eclipsis lune quando est in oppositione existens in capite vel in cauda: et tamen in eclipsi lune nihil operatur aspectus noster.

**Deinde cum dicit.**  
**Quidam autem et positam in centro: dicit ipsam reuolui et moueri: circa eum qui semper statutum polum: quemadmoduz in tibi meo scriptum est.**


**Ponit secundam opinionem et dicit.** q licet quidam dicant terram in centro positam: dicunt tamen ipsaz moueri et reuolui circa polum semper statutum. i. circa axes mundi. Nam polus quandoq dicitur celus: qnq aut dicitur axis: qnq vero dicitur extrema ps axis: sicut dicitur polus arcticus et antarcticus. Et hoc dicit scriptum esse in thymeo. Est autem notanduz: q illud qd hic dicitur reuolui vel conuerti: sumpsit Aristote. ex eo qd plato in thymeo fm linguam grecam dixit illomenam esse eu qui per oes ordinatum polu: hoc autem quod dicitur illomenus si in greco scribat per iota significat alligationem: si vero scribatur per diphrhöguz significat prohibitionez. Videtur autem a platone sumptum istud vocabulum fm q significat alligatione: vt patet per ea que ipse dicit de terra in libro pbedronis: vbi asserit in medio quiescentes. et quasi ligatam. et sic videtur contra intentionem platonis Arist. verba eius assumpsisse. Dicit igitur alexander Aristotele excusans q hoc quod dicitur illomenum significat proprie prohibitione vel violentiam: sed qz ista significatio no copertit fm ea que ibi plato intendit: Aristote. intellexit q illomenum translative acciperet a platone: prout conuenit translatum significare conuersionem que designat motum: nec pertinet aliquid ad rez presertim si plato alibi aliter dixit ab his que dixerat in pbedrone. motus ex aliqua alia ratione: Nam Aristoteles hic proponit id qd in thymeo scribitur siue hoc sit inductum tanq platonis placens: siue tanq thymei opinio: quam plato non approbat. vnde non dicit quemadmodum plato dicit. sed quemadmodum in thymeo scriptuz est. Sed tra hoc multipliciter obicit simplicius. primo quidem quia thymeo ibi probat terram in medio esse locatam et firmatam. Secundo quia illomenam scribitur per vnum iota: prout significat alligationem. Tertio quia conuersio no significat semper motum. dicuntur enim circulares figure conuerse: id est ad omnem partem verso: etiam si sint quiescentes. Quarto quia cum dictio multa significet: non oportuit significationem eius trahere ad manifestum contra intentionem platonis. Sed contra hanc iteruz dicit simplicius quia non est probabile quod Arist. ignoraret. aut significationem vocabuli aut intentionem. Et ideo potest dici: qz possibile erat aliquos false intelligere verba platonis. Aristoteles remouet falsum intrellum: qui ex his verbis haberi posset: sicut frequenter consueuit facere circa verba platonis. Vel potest dici q hoc qd dicitur moueri: est ab aliquo alio appositum. In greco autem dicitur illecto pro quo hic est translatum remoueri: potest autem significari quod in greco positum est: et alligationem et motum: ita q intelligamus: q postq Aristoteles posuit opinionem pithagoricoz de motu terre circa medium: hic ponit opinionem platonis de quiete terre in medio. Possumus autem et breuius dicere: q quidam Era-

polo:  
axe  
oto  
polo:  
oblecto

Ed.  
75.



clitus ponticus posuit terram in medio moueri & celum  
 quiescere: cuius  
 opinionem hic  
 Arif. pōit. Qu  
 tem addit: quē  
 admodū in thy  
 meo scriptū ē: re  
 ferēdū est nō ad  
 id qd dicitū ē re  
 uolui & remoue  
 ri: s; ad id qd se  
 quitur qd semp  
 statutum polum. **C** Deinde cum dicit.



76.



**S**imiliter autem & de figura dubita  
 tur: his quidez. n. videtur esse speri  
 ca: his autem lata & figura tympani  
 nis.

**C** Ponit opinioēs de figura terre. & primo ponit opinio  
 nes dicēs qd sllr dubitat de figura terre sicut de motu &  
 situ. Quibusdā. n. videt qd terra sit spherica: quibusdā aut  
 videt qd sit lata hñs figurā tympani. **C** Secōdo ibi.

**C** Faciunt autem argumentum: qz occidens  
 & oriens sol rectam & non circularem occultra  
 tionem videtur faciens a terra tanquaz oppo  
 tunum: siquidem esset spherica circularem fieri  
 a terra abscissionem.

**C** Ponit ratioēs duas huius secūde opiniois: quarū pri  
 ma est: qd faciūt argumētū accipiētes hoc signū qd sol oc  
 cidens & oriēs secatur a terra secūdū rectā lineā & nō cir  
 culare: qñ. s. pars solis est apparēs super terrā: pars aut oc  
 culta: si aut terra eēt spherica: videt qd oporteret qd se  
 catio illa eēt circularis: qz duo corpora spherica se interse  
 cant intersecōe circulari: b° aut argumētū excludit ibi.

**C** Non attendentes elongationez solis ad ter  
 ram & rotunditatis magnitudinez: quomodo  
 iam apparentibus paruis circulis recta vide  
 tur a longe: propter hanc quidem igitur fanta  
 siam nihil ipsos discurrere oportet non rotun  
 dam molem esse terre.

**C** Et dicit qd illi qui ponūt hoc argumētū nō attēdunt  
 distātiā solis a terra & magnitudinē rotunditatis. s. vtri  
 usq; videmus. n. qd etiā parui circuli a longe apparentes  
 vident secūdū modū lune recte: vnde multo magis pro  
 portioēs magnoz circuloz a longe recte vident qd sunt  
 minus curue. Sed hoc p̄cipue itelligēdū est qñ circulus  
 est in eadē superficie cū visu sicut secatio solis & lune q non  
 est in eadē superficie cū visu nostro. vñ nō videtur recta  
 sed circularis vt supra dictuz est cū ageretur de figura  
 stellarum. **C** Secōdam rationem ponit ibi.

**C** Sed adhuc opponunt & dicūt propter qe  
 tem necessariū figurā hāc habere ipsaz. Etenī  
 de motu & māsiōe dicti modi multi existūt.

**C** Dicens qd adhuc addūt rationem ad idem dicētes. qd  
 necesse est terrā ad hoc qd quiescat: habere figurā latam:  
 nam figura spherica facile mobilis est: qz in modico tāgit  
 superficiē: sed figura lata secūdū se totā tangit superficiem  
 & ideo est apta ad quietē. Et ne credatur qd hec causa qe  
 tis terre cōiter ab omnibus assignetur: subiūgit qd de mo  
 tu & quiete terre multi modi dicuntur: vt parebit ex his  
 que infra dicentur.

77.

**C** Desitare quidem igitur omnibus necessari

um superuenire: forsitan enim irrationabilio  
 ris mentis non mirari quomō quandoq; par  
 ua particula terre quidez si eleuata dimittatur  
 fertur: & manere non vult: & plus semper ve  
 locius: totam autem terraz siquis dimittat: cū  
 eleuauerit: non vtique fertur. Nunc e antez qe  
 scere totam grauitatem. Sed adhuc vtique si  
 quis latis particulis ipsius ante eadem amoue  
 at terram: ferentur deorsum nullo resistente.

**C** Quare stupere quidem merito factum est  
 philosophia omnibus. **Lectio. XXII.**



**D**istq; phis exclusit opinioēs eoz qui falsas  
 opinioēs circa terrā habebāt: hic psequitur  
 opinioēs eoz qd veraz opinioē circa terram  
 hñtes. s. qd ipa quiesceret: incōueniētes rōes  
 quietis terre assignabāt. & primo mouet du  
 bitationē. & pponit solutionū isufficiētiā qd aly assigna  
 bāt ibi. **S**olutioēs aut de his rō. Dicit qd pmo qd necessari  
 um videt qd in oib° supueniat qdā dubitatio circa terrā:  
 qz siquis de hoc nō miret videt irrationabilē mentē habe  
 re: qst qui nō possit difficultatē p̄cipē: quō. s. si aliquē eleue  
 tur p violētiā aliqua pua terre p̄ricula: & postea dimittat  
 fertur deorsuz & nō vult manere. i. nō hz aptitudinē natu  
 ralem vt gescat: & q̄to maior. s. accipiat terre p̄ricula: tan  
 to veloci⁹ fert. videt aut qd si tota terra posset ab aliquo  
 eleuari a suo loco in sursum: & postea dimittat nō ferret  
 ferius. Et hoc quidē videt per hoc: qd nunc accidit circa  
 totā terrā. Cū. n. hēat intēfaz grauitatē nō mouet iserius  
 s; quiescit in suo loco. Vñ videt qd in quocūq; situ mūdi  
 poneret: qd ibi gesceret eadē ratioē qd nūc in hoc loco ge  
 scit. & hoc q̄tū ad illos q existimant omnē locū indifferē  
 ter se habere ad quodlibet corpoz. Et qz posset aliqs di  
 cēre qd p̄tes terre eleuate q nō dimittunt ferunt deorsū  
 vsq; ad hūc locū: in quo modo est terra nō amplius: ideo  
 ad dubitationē augēdaz adiūgit: qd si aliquis sursum ferat  
 aliqs particulas terre. & p̄tingat qd anteq; ille p̄cicle ter  
 re cadētes reuertant ad terrā remoueat terrā a suo loco:  
 p̄tes terre sursum eleuate ferunt deorsuz. i. magis infra qd  
 sit locus vñ fuerāt assūpte: ex quo iam nō est aliqd ipedi  
 ens. Et hoc p̄r aliqs concere de toto & parte: si. n. aliqs  
 lapidē sursum proyiciat: & anteq; cadat foueā faciat in terrā  
 descēdet lapis ille quousq; resistētiā inueniat: & ita videt  
 qd cū tota terra nullā resistētiā hēat: aliquo impediēte de  
 scēsum ipsi⁹: mirū eē qd nō descēdat. Concludit ergo: qd  
 hoc ipsuz qd est stupe. i. vehemēter admirari circa h° oī  
 bus phis factū est philosophima. i. phie consideratio: vel  
 phofandi occasio: sicut in p̄n° metaphisice dicit. qd ex ad  
 mirari inceperunt homines phari. **C** Deinde cum dicit.

**C** Solutiones aut de hoc nō magis incōueniē  
 tes esse videri dubitāōe mirabit vtiq; aliqs.

**C** Proponit isufficiētiā rationū a phis circa h° assignata  
 rum. & dicit qd nō solū aliqs admirat de hoc qd sic accidit  
 circa terrā: sed etiā aliqs pōt admirari qd phi volētes sol  
 uere p̄dictā dubitationē: nō videt qd solutioēs de hac du  
 bitatōe assignate ab eis: sunt magis incōueniētes qd sit ipa  
 dubitatio. Improbabiliora. n. dixerūt eo: ex quo dubita  
 tio consurgit. vnde ipse solutiones magis augent dubita  
 tionem. **C** Deinde cum dicit.

**C** Hi quidem. n. propter hoc infinitum quod  
 deorsum terre esse aiunt: queadmoduz p̄no  
 phontes Colophonius: vt non negocientur  
 querentes causam.

78.



**C** Ponit quinque solutiones predicte dubitationis. secun-  
da incipit ibi. Di autem in aqua etc. Tertia ibi. Anaximenes  
autem etc. Quarta ibi. Quoniam autem manent etc. Quinta ibi.  
Sunt autem quidam etc. Circa primum duo facit. primo proponit  
solutionem primam. et dicit quod quidam propter hoc. ut. i. evita-  
rent difficultatem predictam dicunt quod deorsum terre. est in-  
finitum. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Uno modo sic. quod  
aer qui est infra terram sit infinitus quasi terra ad hoc non  
moueat inferioris: quia nihil mouet ad infinitum. Alio modo. et  
verius intelligitur quod ipsa terra versus partem inferiorem sit  
infinita. et ita in infinitum superior pars eius retinetur ab inferiori: ut  
non descendat: quod promptius est ad intelligendum: huius autem  
opinionis dicitur fuisse Xenophanes Colophonius: qui quidem  
dixerunt: non quidem quod secundum se verisimile videatur: sed  
ut non cogerentur laborare ad inquirendam causam ge-  
tis terre. **C** Secunda ibi.

**C** Propter quod et Empedocles sic obstu-  
puit dicens: Siquidem infinite terre profun-  
ditates: et immensus ether: quod per multorum ho-  
rum linguam dicta vane effusa sunt: modicum  
totius intelligentium.

**C** Ponit quomodo Empedocles hanc solutionem deri-  
sit. et dicit quod quidam predicti homines hoc non dicebant quasi ali-  
quod verisimile: sed ut questionem vitarent: Empedocles ob-  
stupuit. i. vehementer admiratus est de eorum errore sic di-  
cens in suis versibus: quos de philosophia proposuit: siquidem  
inquit infinite sunt terre profunditates: quasi diceret: terra  
est in infinitum profunda. et ether. i. aer vel ignis est et immen-  
sus in altum. et dixit quod hec vane. i. sine ratione effusa sunt. i.  
diuulgata: cum sint dicta per linguam multorum: quasi di-  
ceret. ex ore multorum hominum intelligentium modicum to-  
tius. i. de natura vniuersi. Per quod dedit intelligere quod  
ex defectu intellectus peruenit: quod hoc aliqui dixerunt solo ore  
cum iterius consideratum non sit verisimile: fuit autem contentus  
Aristoteles de hac Empedoclis reprehensione: tum propter impro-  
babilitatem eius quod dicitur: tum etiam quia in primo ostensum  
est quod non potest esse grauitas infinita. **C** Deinde cum dicit.

**C** Di autem in aqua poni: hunc enim antiquissi-  
mus suscepimus sermonem: quem aiunt dice-  
re Thalem milesium: tanquam propter nata-  
tionem esse manentem: quemadmodum lignum  
vel aliquid tale alterum. Et enim horum in ae-  
re quidem nihil naturae est manere: sed in aqua

**C** Prosequitur secundam solutionem. et primo proponit eam. se-  
cundo improbat ibi. Tanquam non eadem etc. tertio assignat  
rationem defectus huiusmodi solutionum ibi. Sed viden-  
tur etc. Dicit ergo primo quod sicut predicti posuerunt terram su-  
stentari a terra in infinitum: ita quidam dixerunt terram po-  
ni super aquam: que quidem est antiquissima opinio: quam ut  
dicitur: Thales milesius posuit qui fuit vniuersi de .7. qui di-  
cti sunt sapientes. et primus se intromisit de philosophia. et posuit aquam  
esse principium omnium reum: ut dicitur in primo metaphysice.  
Unde et posuit terram esse locatam super aquam: ut quiescat  
ibi per modum supernationis: sicut accidit de ligno. et  
de similibus quorum nihil naturaliter mouetur in aere: sed  
in aqua manet huiusmodi per supernationem: et sicut dicebat  
accidere de terra. **C** Deinde cum dicit.

**C** Tanquam non eadem ratione existente de-  
terra et aqua sustentante terram. Neque enim  
aqua nuda est manere eleuata: sed in aliquo est.

**C** Improbat quod dictum est tribus rationibus. et dicit  
quod sic assignata est predicta solutio tanquam non sit eadem ratio

de terra et aqua: quam ponit sustentare terram. Videmus enim.  
quod sicut terra si eleuetur: non manet nisi sustentetur ab ali-  
quo. ita nec aqua eleuata: nata est manere: sed oportet quod sit in  
aliquo sustentate ad hoc quod quiescat. et ideo si terra sustentaretur  
ab aqua: remaneret eadem difficultas a quo sustentaretur aqua.

**C** Secundam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem quemadmodum aer aqua le-  
uior: et terra aqua. Quare quomodo possibi-  
le est leuius magis deorsum poni grauiori se-  
cundum naturam.

**C** Et dicit quod sicut aer est leuior quam aqua. ita et aqua est le-  
uior quam terra vel minus grauis. Est autem ratio leuioris quod super-  
emineat grauiori secundum naturam. non est ergo possibile quod  
aqua que est leuior: ponatur magis deorsum quam terra que est  
grauior secundum naturam: nisi forte quis dicat quod partes mundi non  
sunt ordinate secundum naturam: quod est inconueniens. **C** Ter-  
tiam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem siquidem tota nata est mane-  
re in aqua: palam quod et particularum vnaque-  
que ipsius. Nunc autem non videre hoc factum: sed que-  
libet particula fertur in fundum et velocius maior.

**C** Que ratio talis est: sicut in primo habitus est: idem est mo-  
tus naturalis: et etiam quies est eadem: totius terre et par-  
tis eius. si ergo tota terra nata est manere in aqua super-  
natando ipsi: manifeste sequitur quod quelibet particularum  
eius possit manere in aqua per supernationem: sed hoc  
non videmus accidere: quoniammo quelibet pars terre po-  
sita in aqua: fertur ad fundum ipsius: et tanto velocius: quan-  
to fuerit maior. et multo velocius tota terra fertur inferiori si sit  
supposita aqua. **C** Deinde cum dicit.

**C** Sed videntur vsque ad aliquid querere: sed  
non vsque quidem vbi possibile dubitationis.  
Omnibus enim nobis hoc consuetum: non  
ad rem fieri questionem: sed ad contraria dice-  
tem. Et tenet ipse in seipso querit vsque quo vti  
quod vbi non amplius habeat contradicere ipse  
sibi: propter quod oportet quesitum bene in-  
stantes esse per proprias instantias generi: hoc  
autem est omnes considerasse differentias.

**C** Assignat causam defectus dictarum solutionum. et di-  
cit hoc accidisse quod tam defectivas solutiones assignauerunt:  
quia videntur querere circa dubitationes vsque ad  
aliquem terminum. et non quousque possibile sit dubitari.  
Oportet autem eum qui vult recte soluere: ut perducatur  
solutionem vsque ad id vbi non sit amplius dubitatio: quod  
illi non faciunt. Cuius rationem assignat connumerans se  
alijs causa vitae de iactantia dicens quod omnibus nobis dubita-  
tiones soluentibus hoc videtur esse consuetum: ut inquisitio  
fiat non ad rem sed ad contraria dicentes. i. non quousque  
natura rei requirit: sed quousque aduersarius non habeat  
ulterius contradictionem. quia etiam hoc quilibet obser-  
uat ad seipsum: ut cum ipse dubitat de aliquo: querat in  
seipso quousque ipse non habeat in promptu unde sibi con-  
tradicat. Sed illud non sufficit. quia cum aliquis vult ve-  
ram solutionem inuenire: oportet quod non sit contentus obie-  
ctionibus quas habet in promptu: sed diligenter inqui-  
rat causas. et propter hoc sicut ipse subdit: oportet cum quis  
vult bene inquirere veritatem esse promptum ad hoc quod  
instet et sibi ipsi et alijs non per instantias sophisticas: sed per  
instantias reales et rationabiles proprias. i. conuenientes  
generi de quo ingritur. Et hoc quidem contigit ex hoc quod

75.  
78.

75.  
79.

75.  
80.



homo considerat omnes differentias rerum ex quarum similitudine questio soluitur: sicut Thales soluit questionem presentem ex similitudine ligni ad terras: fuisse autem ei consideranda differentia utriusque: nam lignum quod multum habet de aere supnatat aqua: quod terre non congruit.

**Co.** **Si.** **C** Anaximenes autem et anaxagoras et democritus latitudinem causam esse dicunt manendi ipsam. Non enim diuidere sed superequirare aerem qui de subter: quod videntur fictionem habentia corporum facere. Hoc enim et ad ventos habent difficile mobiliter propter resistentiam. Hoc ipsum utique facere in latitudine terram ad suppositum aerem: non habentem autem quo transferatur locum sufficiens multo eo quod deorsum quiescere: quemadmodum in clepsidris aqua. Quod autem possit multam gravitatem ferre comprehensus et manens aer: argumenta multa dicunt. **Lectio. XXIII.**



Remissis duabus solutionibus. quarum prima assignabat causam quietis ex infinitate eius quod in terra subsidet. secunda vero ex aqua subsidente terre hic ponit tertiam solutionem que assignat a parte aeris subsidentis terre. et primo ponit solutionem. secundo improbat eam ibi. Primum quidem dicitur. Dicit ergo primo quod anaximenes et anaxagoras et democritus posuerunt causam quietis terre esse latitudinem eius: ex qua contingit quod terra non diuidit inferiorem aerem sed superequitat ipsum: quod quidem videntur facere corpora artificialiter facta cum aliqua latitudine ad obuiandum aeri siue vento: huiusmodi enim corpora lata non de facili videntur moueri a ventis: propter quod resistunt eis secundum totam ipsorum latitudinem. Et hoc ipsum videtur facere terra propter sui latitudinem per comparisonem ad aerem sub ea existentem. quod ventus non diuidit ipsum: sed resistendo comprimit eum. Et cum aer non habeat locum quo transferatur ne sit sub terra propter terre latitudinem sufficiens est quiescere terram propter multitudinem aeris deorsum existentis et compressi: sicut patet de aqua in clepsidris. si enim sit aliquod vas habens in sui summitate paruum foramen obturatum. et in lateribus aliud non obturatum. et subito submergatur in aquam: aer interior conclusus. quia non habet quo diffugiat prohibebit aquam intrare. et similiter aer subsidens terre compressus ab ea: et non potest diffugere non permittit eam descendere. Inducunt autem multa argumenta. id est sensibilia signa ad ostendendum quod aer conclusus quiescens. id est qui non potest ex aliqua parte effugere sustinet magnam gravitatem. et hoc maxime fit evidens ex vtriusque inflatis qui possunt magnam pondus sustinere. **Deinde cum dicit.**

**C** Primum quidem si non lata figura terre est: propter hoc quod non utique quiescet.

**C** Improbat predictam solutionem tribus rationibus. Quarum prima est. quia supponit hec solutio terram esse late figure: quod est falsum ut infra patebit. Unde si figura terre non est lata: sed spherica: sequetur quod non quiescet propter latitudinem sic isti dicebant. **Secundam rationem ponit ibi.**

**Co.** **Si.** **C** Quamuis mansionis non latitudo causa: ex quibus dicitur: sed magnitudo magis: propter coartationem enim non habens transitum aer manet propter multitudinem. Multum autem est aer propter magnitudinem multam comprehendere

di. Quare hoc quidem existet: et si spherica quidem sit terra: tanta autem secundum magnitudinem: manet enim secundum illorum rationem.

**C** Et dicit quod licet ipsi assignarent latitudinem terre causam quietis eius: tamen secundum ea ex quibus procedunt non videtur causa mansionis terre latitudo: sed magis magnitudo ipsius. dicunt enim quod si aer non haberet quo transiret propter hoc quod coarctatur a terra: manet propter sui multitudinem. et propter hoc sustinet terram. Quod autem multum aer coarctetur a terra: contingit propter hoc quod aer comprehenditur a multa magnitudine terre. Unde videtur quod eadem ratio esset si terra ponatur esse spherice figure. et tante magnitudinis quod possit tantundem de aere coartare. quia sic etiam manebit. et aer et terra secundum rationem quam assignant. **Tertiam rationem ponit ibi.**

**C** Totaliter autem ad sic dicentes de motu non de parte est dubitatio: sed de toto quodammodo et omnino: a principio enim determinandum: utrum est aliquis corporibus natura motus: aut nullus: natura quidem non est: violentia autem est. Quoniam autem de his determinatum est prius quecumque secundum eas que aderat virtutem habuimus utendum ut existentibus: si enim nullus naturalis motus est ipsorum: neque violentus erit. Si autem non est neque natura neque virtus: totaliter nihil mouebitur. De his enim quia necessarium accidere determinatum est prius.

**C** Et adhuc quia neque quiescere contingit. Si enim quidem enim motus existit aut violentia: aut natura: sic et quies. Sed adhuc si quidem est motus super naturam: non utique violentia erit latitudo solum neque quies. **Quare si violentia nunc terra manet: et venit ad medium lata propter circunrotationem. Omnes enim causam hanc dicunt ex his que in liquidis et circa aerem accidentibus. In his enim semper feruntur maiora et grauiora ad medium rotationis: propter quod utique et terra omnes quotquot celum generant: ad medium venire dicunt.**

**C** Et dicit quod contra eos qui sic loquuntur de motu et quiete corporum naturalium consurgit dubitatio non de parte. id est non de particulari corpore: puta terra vel aqua: sed de toto vniuerso et de omni corpore naturali. hoc enim videtur in principio in talibus dubitationibus determinandum utrum corpora habeant aliquem motum naturalem vel nullum: et utrum si non haberent motum naturalem possint habere motum violentum. Et quia de his determinatum est prius. id est in primo libro: oportet ut nunc utamur tanquam existentibus. id est veris omnibus his vix que supra habuimus probata secundum virtutem que tunc aderat nostro ingenio. supra enim ostensum est quod si nullus est motus naturalis corporum: neque etiam erit aliquis motus violentus eorum. quia violentum est quasi excisio quedam eius quod est secundum naturam: ut supra habitum est: si autem non est aliquis motus corporum: neque per naturam: neque per violentiam: sequitur quod totaliter nihil moueatur. Et quod hoc necessarium sit accidere: supra determinatum est. Et ad hoc etiam addendum est secundum prius determinatum quod pari ratione non contingit aliquid quiescere. sicut enim



aliquis motus est naturalis et violentus. Ita est etiam aliqua quies naturalis et violenta. et si est aliquis motus naturalis non erit solus motus violentus: neque sola quies violenta. quia in loco ad quem aliquid mouetur naturaliter: et gescit naturaliter. his ergo premissis quasi principis argumentatur ad propositum concludens ex premissis quod si quies terre in medio non est naturalis: sed violenta: sequitur quod motus eius ad medium non sit naturalis: sed propter violentiam circungirationis celi: omnes enim qui terram dicunt per violentiam quiescere in medio: assignant hanc causam motus terre ad medium. id est circungirationem celi. considerantes ex his que accidunt in liquidis. et etiam in aere: in quibus propter girationem: ea que sunt maiora et grauiora congregantur ad medium: quasi violentius repulsa ex violentia girationis: unde omnes qui ponunt mundum per generationem incepisse: dicunt quod terra venit ad medium propter predictam causam. id est propter violentiam circungirationis celi. et sic auferunt terrae quietem naturalem et motum naturalem: quod est inconueniens. quia sequitur secundum predicta quod totaliter corpora naturalia: nec moueantur nec gescant.

Quoniam autem manet: querunt causam: et dicunt hi quidem hoc modo: quoniam latitudo et magnitudo ipsius causa. Hi autem quemadmodum Empedocles celi lationem circumpositam et velocius latam terre lationem prohibere: quemadmodum aqua in cyathis: et non hoc in circuitu cyatho lato multoties ad inferum erit facta: tamen non fertur deorsum nata ferri deorsum: propter eandem causam. **¶ Lec. XXIII.**

**R**emissis tribus rationibus de quiete terre que sumebantur ex parte inferiorum corporum. scilicet ipsius terre: aque et aeris. hic ponit alias rationes que sumuntur ex parte celestis corporis et primo ponit quartam rationem getis quam ponebat Empedocles. et improbat eam ibi. Quatuor neque giratione. Dicit ergo primo: quod omnes philosophi qui ponunt mundum generatum esse: assignant causam motus terre ad medium violentiam circungirationis celi: querunt etiam causam huius quare terra gescit in medio. Et quidam dicunt quod causa huius est latitudo et magnitudo terre sicut supra dictum est: quidam autem sicut Empedocles. dicunt quod motus celi propter sui velocitatem prohibet terram moueri. Et ponit exemplum de aqua in cyathis. id est in quibusdam uasis creis. si enim uas illud in circuitu velocius moueatur: et sit aliquod foramen in aliqua parte crei uasis: multoties uase circulariter moto: aqua descendet ad inferiora uasis crei ubi est foramen: et inde non cadit extra uas sed quod habet aptitudinem naturalem propter eandem causam. quia si prohibetur ex velocitate motus ipsius uasis: ita quod aqua ante rapiatur a motu uasis quam possit cadere. Et simili ratione dicunt quod terra impeditur a velocitate motus celi ne deorsum cadere possit.

Deinde cum dicit. **¶** Quamuis neque giratione prohibente neque latitudine sed superueniente aere alicubi fertur: ad medium quidem enim si violentia fertur: et manet violentia: secundum naturam autem necessarium esse aliquam ipsius lationem. Hoc igitur utrum sursum aut deorsum: aut alicubi est. Esse quidem enim quandam necessarium. Si autem nihil magis deorsum quam sursum: aer autem qui sursum non prohibeat eam

que sursum lationem: neque utique qui sub terra prohibebit eam que deorsum. **¶ Eisdem. n. corum de necessarium esse casus eisdem.**

**¶** Improbatur predictam rationem. et primo quantum ad getem terre. et quantum ad motum ibi. Inconueniens autem est. Circa primum duo facit. primo improbat causam getis terre communiter tam quantum ad illos qui causam getis terre ponunt latitudinem vel magnitudinem terre: quam etiam quantum ad Empedoclem: qui posuit causam getis terre velocitatem motus celi. et hoc ibi. Adhuc autem ad Empedoclem. Dicit ergo primo quod ex quo predicti philosophi causam getis terre ponunt motum celi vel latitudinem terre que coartat inferiorem aerem. ut non possit diffugere necessarium videtur quod si giratio celi non prohiberet motum terre: neque etiam prohiberet ipsam latitudinem terre coartans aerem: si libere veniret et recederet quod terra alicubi ferretur. quia tunc remotis causis quietis oporteret eam moueri. Non autem videtur secundum eorum positionem quod ferretur ad medium secundum suam naturam: si enim sicut ipsi ponunt terram ferri ad medium per violentiam: et necesse esse quod per violentiam quiescat in medio: quod etiam ipsi ponunt: sed tamen necesse est quod terra habeat aliquem motum naturalem cessante omni violentia: oportet enim corporibus naturalem motum assignare: sicut supra dictum est. Restat igitur querendum versus quam partem naturaliter moueretur violentia cessante. scilicet utrum sursum: vel deorsum: vel versus aliquam aliam differentiam: puta ad dexteram vel sinistram. quia omnino oportet quod habeat aliquem motum naturalem. Nec est dare quod ad aliquam aliam partem naturaliter moueatur nisi deorsum et ad medium: ut patet ex motu terre que ad nullam aliam partem naturaliter mouetur. Sic igitur male assignant causas getis terre in medio ex aliqua violentia. Si vero dicant quod terra secundum motum suum naturalem non magis habet quod moueatur deorsum quam sursum: videtur sequi quod sicut aer qui est supra terram non prohibet eam moueri sursum: ita etiam nec aer qui est sub terra prohibebit eam moueri deorsum: vel propter compressionem eius a latitudine terre: vel propter reuolutionem eius ex motu celi. quia in eisdem rebus quantum ad eisdem effectus: necesse est ponere easdem causas.

Deinde cum dicit. **¶** Adhuc autem ad Empedoclem utique illud quis dicit. Quando enim elementa distabant seorsum a lite que causa terre mansionis erat. **¶** Non enim utique et tunc causabilis giratione.

**¶** Improbatur specialiter solutionem Empedoclis. Considerandum est autem quod Empedocles ponebat quatuor elementa principio materialia. et duo mouentia. scilicet litem et amicitiam: que congregatione elementorum sunt causa generationis et corruptionis mundi. et omnium que in mundo sunt. dicit ergo quod aliquis potest questionem mouere contra Empedoclem: quando elementa erant abinuique separata propter litem: oportebat terram gescere. non enim coniungebat se alijs elementis dominio litem durante. est ergo quod quidam quod fuit tunc causa quod terra quiesceret. Non potest dici quod causa est giratio celi. quia celum non dum erat generatum. videtur ergo quod nullo modo oporteat dicere girationem celi causam getis terre: sed de hac ratione videtur esse dubium. Videtur enim non esse causa generationis mundi distinguendo elementa abinuique. amicitia autem esse causa corruptionis eiusdem congregando elementa in unum chaos. Unde nunc videtur esse litem dominium propter quod elementa sunt abinuique distincta. Et ideo Alexander exposuit hec uerba sic: quando elementa distabant seorsum: nunquid abinuique: sed aliter. id est quando litem ab elementis aberat tempore. scilicet quo amicitia dominabat. **¶** Sed hec expositio est ex



torra. ideo exponēda est sicut simpliciter dicit: quādo ele  
mēta distabāt seorsum. s. abinuicē. et hoc a lite. i. pp. litem.  
Est. n. considerāduz q. empedocles ponebat mūdum gūa  
ri non ex sola lite: s. et cū admixtione amicitie. et sic ipse p  
verba empedoclis pbat: q. ex dominio amicitie puenit  
circūgiratio celi. q. motus celi quasi oīa uoluit in vnuz.  
et ideo conuenienter Aristo. querit antequam giratio ce  
li per amicitiam talem s. m. ipm esset: que erat causa quie  
tis terre. **C** Deinde cum dicit.

**C** Inconueniens autem et non conferre: quia  
prius quidem propter gyrationem ferebatur  
partes terre ad medium: nunc autem utique  
propter quam causam omnia grauitatem ha  
bentia feruntur ad ipsam. Non enim gyratione  
propinquat ad nos.

**C** Improbatur rōnem quam assignat cōmuniter de motu  
terre tribus rōnibus. Circa quaz p̄mam dicit q. inconue  
niens est nō considerare quare si priusq. gūabatur mūdus:  
partes terre ferebant ad medium ppter girationē celi:  
nūc non est talem causam assignare: quare sicut videm⁹  
oīa grauia ferant ad medium. Giratio. n. celi simul circū  
girat ignem et superiorē partē aeris: nō autē hanc inferioris  
aeris partem. Et ita illa giratio non attingit vsq. ad nos.  
Uidemus. n. q. grauia ferantur ad medium. et in hoc aere  
ppinquo girationi. Non ergo giratio celi debz poni cau  
sa motus grauium ad medium. q. remota cā remouetur  
effectus. **C** Scōdam rōnē ponit ibi.

**C** Adhuc autem et ignis sursum fertur: pro  
pter quam causam. Non enim propter gyra  
tionem: si autem hic ferri alicubi nat⁹ est: palā  
quare et terrā existimādū.

**C** Et dicit q. considerare opz pp. quam causam ignis ferat  
sursum. Nō. n. pōt dici q. hoc sit pp. girationem celi. Non  
enim ad hoc se extēdit exemplū ab eis iductuz. Si vero  
ignis ferat ad aliquem locum pp. suā aptitudinē natura  
lem: manifestus est q. est idē existimare de terra: que ha  
bet contrarietatem ad ignem: vt supra dictum est: contra  
riorum sunt contrarij motus. et si vnum contrarioruz est  
naturale: et aliud naturale eē oportz: vt supra dictum est.

**C** Tertiam rōnem ponit ibi.

**C** Sed adhuc neq. gyratione graue et leue de  
terminatum est: sed prius existentibus graui  
bus et leuibus. Hec quidem ad mediū veniūt:  
hec autem sursum conantur propter motum.  
Erat igitur et ante ferri gyrationem graue et le  
ue: que quodammodo determinata erant ali  
qualiter apta nata erant ferri aut alicubi: infini  
to enim ente impossibile est esse sursum aut deorsum.  
Determinata sunt autem his graue et le  
ue. Plurimi quidem igitur circa causas has  
decreti sunt.

**C** Et dicit q. si qs eoz verba et exēpla consideret: nō vide  
tur dōm q. graue distinguat a leui in corporib⁹ pp. ipsam  
girationē celi: s. p̄supposita distinctione grauiū et leuiuz:  
qdam veniūt ad mediū. s. grauia: qdā autē. s. leuia conātur  
sursum ferri: pp. motuz: i. quātum repellunt a loco medio  
a corporib⁹ grauib⁹ in ipm locū. et sic soluz per accūs gi  
ratio celi causat motū ignis sursum. Q. autē giratio nō di  
stinguat graue et leue: s. eoz distinctionez p̄supponat: pōt  
videri ex exemplo qd iducit. In giratione. n. aeris et liqui

doz ea que prius erāt grauia feruntur ad mediū. Sic igitur  
anteq. eēt giratio celi: erat graue et leue: que s. m. aliqd  
distinguebant s. m. aptitudinem ad hoc q. aliquo modo  
et ad aliquē locum moueantur. Nā graue dicit aliqd vel  
leue per iclinationē ad aliquē motum locale. Et ita gira  
tio non est causa quare leuia mouentur sursum: vel grauia  
deorsum. Poterant autē hi distinguere graue et leue: et lo  
ca eoz que sunt sursum et deorsuz. q. nō ponebāt vniuer  
sum eē infinitum. Non enim impossibile est distinguere sur  
sum vel deorsum: s. apud istos distingui graue et leue: si  
cut dictum est. Et q. aliqui ponebāt vniuersum infinitum  
s. anaximenes. et anaximedes. iō signanter dicit q. pluri  
mi: nō autem oēs sunt discreti. i. p̄spicui et exercitati circa  
istas cās mot⁹ et getis grauiū et leuiū.

**C** Sunt autem quidam qui propter similitu  
dinem dicunt ipsam manere: sicut antiquoruz  
anaximandros. Magis quidem enīz nihil sur  
sum aut deorsuz: aut in plagas ferri conuenit:  
quod in medio collocatum et similiter ad extre  
ma se habens: similiter autem impossibile ad  
contrarium facere motum. Quare ex neces  
sitate manere. **C** Lectio. XXV.



Remissa quarta solutione qua sumebat rō  
getis terre ex violētia girationis celi. hic po  
nit gntā solutionē s. m. quā assignat rōnē ge  
tis terre ex similitudine celi ad terram ex oī  
parte. et p̄mo assignat hāc rōnē. z. improbat eā  
ibi. Hoc autē dicit rē. Dicit q. p̄mo q. qdā dixerūt terram  
gescere in medio pp. similitudinē. i. similitudine eius habitudi  
nem ad oēm partem celi. et hoc iter antiquos dixit anax  
imander: per qd dat itelligere: q. et aliquibus sui tēporis hoc  
videbat. dicit. n. plato hoc posuisse: s. tñ Arist. hoc ei im  
ponit. q. supra ei iposuerat q. moueret in medio etiā axe  
mūdi. Jō autē dicebat terrā pp. similitudinez manere. q.  
nulla est rō: q. id qd est in medio collocatuz magis mo  
ueat sursum vel deorsum atq. ad illas plagas celi cū s. m.  
se habeat vndiq. ad extrema. Impossibile est autē q. simi  
moueat ad d̄rias partes. q. relingitur q. ex necessitate ge  
scat in medio. **C** Deinde cū dicit.

**C** Hoc autem dicitur persuasibiliter quidem  
non vere autem: secundum enim hanc rationē  
necessarium omne quodcūq. ponatur in me  
dio manere. Quare et ignis quiescet. Qd enīz  
dictū est nō p̄p̄riū in terra.

**C** Improbatur p̄dictā rōnē. et p̄mo ex hoc q. rō non est ne  
cessaria. z. ex hoc q. supponit falsum ibi. Sed adhuc neq.  
vex qd dicit rē. p̄mo dicit q. id qd dicit est p̄suasibiliter  
dicit. nō tñ vex. Et hoc pbat quatuor rōnibus. Quaruz  
p̄ma est. q. s. m. p̄dictam rōnem necessariū eēt gescere oē  
qd ponit in medio. et sic sequerēt q. et ignis si ponerēt in  
medio gesceret: qd p̄z eē falsum. q. id qd assignat pro cau  
sa getis. s. eē in medio: non accipit: vt p̄p̄rium terre: cum  
tamen effectus. s. quiescere in medio sit p̄p̄rium terre.

**C** Scōdam rōnem ponit ibi.  
**C** Sed et non necessarium. Non enim solum  
videtur manens: sed et lata ad medium. Ubi  
enim quecūq. fertur particula ipsius: neces  
se ferri et rotam. Ubi autem fertur secundum  
naturam: et manet ibi secundum naturāz. Nō  
igitur propter similitudinem se habere ad extrema.  
Hoc quidez. n. oibus cōmune: ferri autem ad



medium proprium terre.

Et dicit q non est necessarium dicere q terra gescat in medio pp similitudine: cu iueniat alia uenientior causa. Terra. n. non solum uidet gescere in medio: s3 et ferri ad mediu: et si no fm se tota: tamen fm suas partes. eade enim est ro de motu totius et partis. quocunq enim fertur pars eius. fertur de necessitate et totum si extra suu locuz eet. Ubi aut fert fm naturam ibi et gescet fm sua nam. et non pp hoc q similt se habeat ad extrema. qz hoc potest ee commune omnib: vt ponant in medio: s3 naturaliter ferri ad mediu e ppuz terre. C3<sup>m</sup> rone ponit ibi.

93. Inconueniens autem et hoc quidem querere. ppter quid manet terra in medio. Ignis autem non querere propter quid in extremo. Si quidem enim et illi natura locus extremus: palam quia necessarium esse quendam et terre natura locum. Si autem non huic iste locus: sed propter necessitatem manet eam que similitudinis: quemadmodum qui de trichos sermo. Sortitur quidem similiter autem vndiqz tenses: quoniam non discrepetur. Et esuriente et sitiente valde quidem. similiter autem et ab esilibus et potabilibus equaliter distare. Et. n. hunc gescere necessarium. Querendum ipsis de ignis mansione in extremis.

94. Ostendit etiam insufficienciam huius ronis. et dicit q inconueniens est querere pp qd terra gescat in medio: et non querere quare ignis gescat in extremo. Si. n. ignis quiescat ibi. qz locus extremus naturalr uenit ei: eadem rone odm est q terra habeat quedam locum naturale in quo quiescat. Si. n. hic locus qui est medius no sit locus in quo naturalr gescat: s3 manet in medio pp necessitate similitudinis: restat eis querere: quare ignis maneat in extremis. Et ponit exempla de gete terre in medio scdm quasda rones sophistar: qui pbare videbant q si trichosa capillis fortiter extendat q no frangeat. qz semp vndiqz extendit. et no est ro quare magis frangat in vno loco q in alio. S3 hec ro sophistica est. pmo qz difficile est excuti. si similt sit vndiqz extensus. et scdo qz hoc et pot frangere in medio. qz ibi occurrit violentia que ex vtraqz parte ifertur. Aliud exemplum ponit de eo qui equalr esurit et sitit. et h3 cibum et potum in equali distantia. Concludunt eniz sophiste q talis gesceret. et no ad necessaria moueret: sed hoc no segtur. pmo qd qz sitis magis agit qz fames. scdo qz si equalr distaret duo cibi vel duo potus equalr desiderabiles curreret ad alterum quodcunqz contingeret. C4<sup>a</sup> rone ponit ibi.

Admirabile autem et de mansione quidem querere. De latione autem ipsorum non querere pp quaz cam hoc qd sursum fert: hoc aut ad mediu nullo impediete.

Et dicit insufficiencia pdicte ronis. et dicit q mirabile fuit q querebant rone quietis corporoz: et non querebat rone motu ipsorz: pp quam. s. causam vnum corpus. s. mouetur sursum. aliud vo deorsum. si no sit aliqd impediens nam. n. est terminus motus. et quietis in eo: vt dicit in. z. phy sicorum. C Deinde cum dicit.

94. Sed adhuc neqz verum quod dicitur: scdum accidens tamen hoc verum: quia necessarius manere in medio omne cui nihil magis

huc q illuc moueri conuenit. S3 propter hac rationem non manet: sed mouebitur: non tamen totum sed discrepetur. C Eadem igitur ratio congruit et in igne. Necesse enim posito manere similiter quemadmoduz terram: similiter enim se habebit ad signorum extremorum quodcunqz: sed tamen fertur a medio: quemadmoduz et videtur latus: si non aliquid prohibeat ad extremuz: veruntamen non totum ad vnum signum. Hoc enim necessarium solum accidere ex ratione ea que de similitudine: sed proportionata particula ad proportionatum extremuz. Dico autem puta quarta pars ad quartam continentis partem. Neqz enim punctum corpus est. Quemadmoduz et si ex magno conueniat densatum in minores locuz: sic vtiqz ex paruo in maiorem rarius factum. Quare vtiqz et terra hoc modo moueretur a medio propter similitudinis rationem: si non natura terre iste locus esset. C Quecunqz qui de igit existit de figura ipsi suspicata: et de locis: et mansione: et motu: fere bec sunt.

Improbat pdictam rone ex eo q supponit falsum. et dicit q id quod dicit in pdicta rone non est verum per se. et vlr. Est. n. hoc verum per accidens. qz o. i. totum necesse est manere in medio ad quod nihil magis pnet q moueat huc q illuc: s3 si habeat inclinationem vt moueatur ad aliquam partez. propter hac rone. qz. s. est in medio: no ex necessitate gesceret: s3 mouebit: non tamen fm totum: s3 diuisim in partes: sicut patz de igne. si. n. verum est quod dicit: necesse eet q si poneretur ignis in medio mundi q quiesceret ibi: sicut terra gescit: eo q silr se haberet ad quodlibet punctum in celo signatu: et tamen ignis in medio positus mouetur a medio vsqz ad extremum si nihil prohiberet: sicut et nunc videtur moueri: sed tamen non totum mouetur ad vnum. et hoc solum remouebat in pdicta ratione: vt scilicet totum moueretur ad vnaz partem: sed mouebitur vnaqueqz pars ignis ad partem celi sibi proportionataz: puta quarta pars ignis ad quartam partem continentis scilicet celi. Corpus enim non est aliquod punctum indiuisibile. sic autem partes terre si essent disperse circa extremum celi. et condensarentur ad hoc q veniret in maiorem locum: scilicet in medium: sic oporteret econuerso: qz si ignis moueretur a medio vsqz ad extremum: oporteret q per rarefactionem ex paruo loco moueretur ad locum maiorem. et sic cessat obiectio qua posset aliquis resistere supradictis de iposibile esse: q singule partes ignis ferrentur ad singulas partes celi. propter hoc q locus extremus excedit locum medium in quantitate: sed hoc remouetur. quia ignis per rarefactionem extenderetur in maiorem locum. Et ex hoc concludit q si locus medius no esset naturalis terre nisi propter rationem similitudinis: hoc modo etiaz moueretur a medio vsqz ad extremuz: quod singule partes eius mouerentur ad singulas partes extremi: sicut de igne dictum est. Ultimo autez epilogat dices fere bec ee oia que antiq suspicati sunt circa figura terre: et locu ipsi: et motu ei: vt gete zc.



Os aut dicam primuz: vtz habeat motu aut manet. C Lec. xxvi.





**P**ostquam philosophus prosequutus est aliorum opinionem de terra hic determinat de ea secundum veritatem. et primo de loco. et gete terre. 2<sup>o</sup> de figura ipsius ibi. Figuram autem habere sphericam etc. Circa primum duo facit. primo determinat veritatem per rationes naturales. 2<sup>o</sup> per signa astrologica ibi. Testificans autem his etc. Circa primum duo facit. primo ostendit quod impossibile est terram moueri. 2<sup>o</sup> ex premissis assignat veram rationem getis terre ibi. Adhuc autem palam etc. Circa primum tria facit. primo dicit de quo est intentio. scilicet quod prius dicendum est utrum terra habeat locum vel quiescat. Ex motu. n. debemus accedere ad alia que sunt circa terras consideranda: et ideo hoc primo ponit ut assumat hoc tamquam principium ad sequentia. C. 2<sup>o</sup> ibi.

**Q**uemadmodum enim diximus. Ibi quidem ipsam unum astrozum esse faciunt. Ibi autem in medio ponentes eas reuolui et remoueri dicunt circa polus medius.

**P**rimo ergo assignat necessitatem predictae ingressionis. sicut. n. supra dictum est: quidam. scilicet pythagorici posuerunt eam moueri circa medium mundi: ac si eum vna stellarum: alii vero sicut in thymeo scribit ponentes terras esse in medio dicunt eam reuolui circa medium celi. i. circa axem diuidente celum per medium. C. Tertio ibi.

**Q**uod autem est impossibile palam sumebimus principium: quod si quidem fertur sine extra medium ens sine in medio: necessarium ipsas vi moueri hoc motu. Non enim ipsius terre est motus: et enim utique particularum vnaqueque hanc haberet lationem. Hunc autem in rectum omnia ferentur ad medium: propter quod non possibile sempiternum esse violentum existentem et preter naturam: mundi autem ordo sempiternus.

**O**stendit quod impossibile est terram sic moueri quatuor rationibus. In quarum prima accipit hoc pro principio quod si terra moueretur circulariter siue existens in medio mundi: sine extra medium mundi: necesse est quod talis motus sit ei violentus. Manifestus est. n. quod motus circularis non est proprius: et naturalis motus terre. quod si eum ei hic motus naturalis: oporteret quod quelibet particula eius haberet hunc motum. quod idem est motus naturalis totius et partis: ut supra dictum est. hoc autem videmus esse falsum: nam omnes partes terre mouentur motu recto usque ad medium mundi. si vero motus terre circularis sit violentus preter naturam: non potest esse sempiternus. quod sicut in predicto habitu est: nullus violentus est sempiternus: sed si terra moueretur circulariter: necesse est quod talis motus sit sempiternus secundum eius opinionem. quod secundum ipsum ordo mundi sit sempiternus: motus autem vel quod partes principalium mundi pertinet ad ordinem ipsius. sic ergo sequitur quod terra non mouetur circulariter. C. Secundo rationem ponit ibi.

**A**dhuc omnia lata latione circulari hesitantia videntur et mora pluribus vna latione preter primam. Quare et terras necessarium siue circa medium siue in medio posita fertur duabus moueri lationibus. Si autem hoc acciderit: necessarium fieri mutationes et versiones formarum astrozum. Hoc autem non videtur factum sed semper bec secundum eadem oriuntur: et oc-

cidunt loca ipsius.

**Q**ue ratio talis est. omnia corpora que circulariter mouentur esse hesitantia et non uniformem situm habentia ex eo quod quolibet eorum moueretur pluribus motibus. et non vno solo excepta vna sphaera que vno motu mouetur: et bec secundum ipsum est sphaera stellarum fixarum. si ergo terra huius motum circularem siue in medio existens siue extra medium: oportet quod moueatur pluribus motibus. scilicet motu primo sphaere circa polos zodiaci quod non potest esse. quod si hoc eum: contingeret fieri mutationes et versiones stellarum fixarum per respectum ad terram que propter proprium motum suum deficeret: ut non rediret ad idem punctum simul cum stella sphaere: vel ipsa terra vel aliqua pars eius signata: sicut accidit de planetis. et ita sequitur quod stelle fixe non semper viderentur oriri. et occidere secundum eandem partem terre: quod non accidit: sed semper oriuntur et occidunt secundum eadem loca designata. non ergo terram circulariter mouetur. C. 3<sup>am</sup> rationem ponit ibi.

**A**dhuc autem ratio partium et totius ipsius secundum naturam ad medium totius est.

**Q**ue quidem procedit ex situ partium terre et totius. 2<sup>o</sup> circa hoc mouet quadam dubitationem ibi. Hoc. n. utique etc. 3<sup>o</sup> concludit quod intendit. Dicit ergo primo quod idem est motus partium terre secundum suam naturam ad medium mundi et totius: et similiter si tota terra eum extra medium mundi moueretur ad medium mundi secundum suam naturam. quod idem est motus naturalis totius et partis. C. Deinde cum dicit.

**H**oc enim utique si existat posita nunc in centro. Subiurabit utique aliquis quoniam idem duo est medium: ad utrumque feruntur gratitudine habentia et partes terre secundum naturam utrumque totius est medium aut quod terre.

**M**ouet circa hoc quadam dubitationem. et primo proponit ipsas. et dicit quod si ponatur quod terra sit in medio mundi vel centro hoc modo quod idem sit centrum totius mundi et ipsius terre: potest dubitari ad quod horum mouerentur secundum naturam corpora graua: specialiter partes terre: ut mouerentur ad medium: ea ratione qua est medium mundi vel ea ratione qua est medium terre. C. Secundo ibi.

**N**ecessite itaque ad id quod totius. Et enim leuia et ignis in contrarium lata grauibus ad extremum loci continentis medium. C. Accidit autem idem medium esse et terre et totius: fertur enim et ad id quod medium terre: sed secundum accidens: secundum quod medium habet in totius medio.

**S**oluit dubitationem dicens necessarium esse quod corpora graua moueantur ad medium ea ratione. qua est medium totius mundi: motus. n. grauium contrariatur motui leuium: sed corpora leuia et specialiter ignis mouentur ad extremum celestis corporis. ergo corpora graua: et specialiter terra mouentur ad medium mundi: sed quod accidit: quod idem sit medium terre: et medium mundi: sicut si cognosco corpus cuius: per accessum cognosco venientem: quod corpus est veniens. C. 3<sup>o</sup> ibi.

**Q**uoniam autem fertur et ad terre medium signum. quia lata graua ad hanc non iuxta inuicem feruntur: sed ad similes angulos. Quare ad unum medium feruntur et quod terre.

**P**robat quod supposuerat. scilicet quod corpora graua et partes terre mouentur ad medium. et dicit huius signum esse: quod corpora graua feruntur naturaliter usque ad terram non iuxta inuicem: nec sed eque distantes lineas que nunquam concurrunt: sed ad similes angulos. i. ad

L6. io i.

L6. 98.

L6. 99.

L6. 100.

L6. 102.



rectos angulos respectu superficie vel linee contingenti su-  
perficie terre. et hoc ex quacumque parte corpus graue mo-  
uetur vsque ad terram. Et huius signum est quod si columna in qua-  
cumque parte terre non statuat secundum rectos angulos: sed inclina-  
tionem habens cadet vsque ad illam partem ex qua facit an-  
gulum acutum. est autem probatum in 3. Euclidis quod si aliqua  
linea contingat circulum: et pertrahat alia linea recta perpendi-  
culariter super lineam contingentem in loco contactus: neces-  
se est lineam illam si pertrahat transire centrum. et sic patet quod omnia  
corpora grauia mouentur vsque ad centrum terre: ita quod si non  
esset aliquod impediens ex diuersis partibus mota concur-  
rerent sibi in centro terre: propter hoc quod quilibet earum mo-  
ueretur secundum lineam rectam perpendiculariter cadentes super  
lineam contingentem. et in loco contactus. et sic oportet quod  
omnia corpora grauia ferantur ad unum medium totius  
mundi et terre. **C** Deinde cum dicit.

**L6.** **101.** **C** Manifestum igitur: quia necesse in medio  
esse terram et immobilem propter dictas causas.

**L6.** **98.** **C** Concludit propositum. et infert duas conclusiones. quarum  
prima est quod terra sit in medio mundi. Quod quidem concludit  
sic ex premissis. terra est in medio mundi. omnia autem cor-  
pora grauia mouentur ad medium terre: ut probatum est. er-  
go medium terre est medium mundi. et ita terra est in me-  
dio mundi. Secunda conclusio est quod terra sit immobilis. quod qui-  
dem contingit ex premissis sic. nihil mouetur in loco ad quem  
naturaliter mouetur. quia ibi naturaliter quiescit: sed terra aliquan-  
do mouetur ad medium mundi. ut probatum est. ergo terra nullo modo  
mouetur. **C** Quartam rationem ponit ibi.

**L6.** **99.** **C** Et quia vi proiecta sursum graua secundum  
regulam iterum feruntur in eundem locum: et si  
in infinitum virtus proieciat. Quod quidem  
igitur neque mouetur: neque extra medium ponit-  
tur: manifestum est ex his.

**L6.** **100.** **C** Videmus. n. quod si suppositus sit lapis alicui tabule et py-  
ciatur secundum sui in directum iterum cadet super eandem recti-  
tudinem quam sursum motum: si tabula non moueatur cadet la-  
pis in eundem locum ut prius: si autem tabula moueatur ca-  
det lapis in alium locum: tanto magis distantem: quanto lapis  
magis fuerit in altum proiectus. quia secundum hoc erit maius tem-  
pus iterum principia proiectionis et terminum tactus. Videmus  
autem quod graua proiecta sursum secundum regulam. id est secundum rectam li-  
neam iterum reuertuntur in eundem locum terre unde fue-  
runt proiecta. Et ne aliquis dicat quod hoc accidit propter tardi-  
tatem motus terre: unde imperceptibilis est distantia vtrius-  
que loci subiungit quod hoc idem accidit si in infinitum vna vice  
post aliam aliquis proieciat lapidem sursum: ita. scilicet quod magni-  
tudo temporis faciat distantiam locorum esse perceptibilem. Et  
ita patet quod terra non mouetur. Deinde epilogo concludit ma-  
nifestum esse ex premissis quod terra neque mouetur neque habet situm  
extra medium mundi. **C** Deinde cum dicit.

**L6.** **102.** **C** Adhuc autem ex dictis palam causa man-  
sionis: si enim natura nata est ferri ex omni par-  
te ad medium: quemadmodum videtur et ignis a  
medio iterum ad extremum impossibile latam  
esse quamcumque particulam ipsius a medio non vis-  
passam: vna enim ratio vnius: et simplex sim-  
plicis: sed non contrarie. Que autem a medio  
ei que ad medium contraria. Si igitur quamcumque  
partem impossibile latam esse a medio: mani-  
festum: quia et totam adhuc impossibile: ad  
quod enim pars nata est ferri: et totum illud na-

tum est. Itaque siquidem impossibile moueri: ne-  
cessarium vtrique erit ipsa manere in medio.

**C** Assignat causam motus terre. et dicit quod ex premissis manife-  
stum est que sit causa motus eius: sicut. n. dictum est: terra na-  
turaliter est nata moueri ex omni parte ad medium: sicut sen-  
sibiliter apparet quod ignis naturaliter mouetur a medio mundi ad  
extremum. Unde sequitur quod nulla particula terre: vel parua  
vel magna: potest moueri a medio nisi per violentiam: sicut  
enim in primo habitum est: vnius corporis est vnus motus na-  
turalis. et simplex motus simplicis corporis. Non autem possunt  
esse vni corpori simplici duplices motus contrarii. Quis autem  
motus a medio contrarius est motui ad medium. et sic si ita est  
quod quecumque pars terre non possit ferri a medio nisi per vio-  
lentiam: manifestum est quod multo impossibilius est quod tota ter-  
ra moueatur a medio. Posset autem aliquis obuiare dicens quod to-  
ta terra non mouetur ad medium: sed ipse hoc excludit dicens  
quod illud nata est ferri tota terra: quo nata est ferri pars ter-  
re. et si pars terre mouetur ad medium naturaliter: et tota  
terra illud mouebitur naturaliter. et ita impossibile est quod mo-  
ueatur a medio. Unde necessarium est quod quiescat in me-  
dio. **C** Deinde cum dicit.

**L6.** **103.** **C** Testificantur autem his et a mathematicis  
dicta circa astrologiam. Apparentia enim ac-  
cidit translationis figuris quibus determinatus  
est astorum ordo: tanquam in medio posita  
terra. De loco quidem igitur et mansione et mo-  
tu quem modum habet: tanta sint de ipsa.

**C** Confirmat que dicta sunt de situ et quiete terre per di-  
cta astrologorum. et dicit quod his que dicta sunt. scilicet quod terra  
sit in medio: et quod quiescat. attestantur ea que dicta sunt a  
mathematicis circa astrologiam. Ea enim que sensu ap-  
parent circa translationem et figurationem que determinantur  
secundum astorum situm et ordinem: hoc modo saluari pos-  
sunt: si terra sit in medio quiescens: et non aliter. Ut enim  
ptolemeus dicit: si terra non esset in medio: oporteret eam  
altero trium modorum esse dispositam. Quorum vnus  
est quod axis mundi extra terram esset. et tamen terra dista-  
ret equaliter ab vtroque polorum. Secundus modus est quod terra  
esset in axe: et magis appropinquaret ad vnum polorum  
quam ad alium. Tertius modus est: quod neque esset terra in axe  
neque equaliter distaret ab vtroque polorum. Si autem terra  
esset sita primo modo. scilicet extra axem equaliter distans ab  
vtroque polo: siquidem esset supra axem vel infra: oportet  
ret quod orizon habitantium in sphaera recta diuideret equi-  
noctialem. et omnes circulos equidistantes in partes in-  
equales. et ita nunquam in sphaera recta fieret equinoctium.  
in sphaera vero obliqua vel nunquam fieret equinoctium.  
vel non fieret in medio duorum solsticiozum. quia orizon  
nunquam posset diuidere maximum circulozum eque di-  
stantium in duo media: sed forte aliquem aliorum. Si  
vero terra declinaret ab axe ad partem orientalem: vel  
occidentalem: sequeretur primo quidem quod stelle non vi-  
derentur equales in ortu et occasu propter inaequalem di-  
stantiam. Iterum secundo sequeretur quod non esset equale spa-  
cium temporis ab vno ortu solis vsque ad maximam exal-  
tationem eius quando maxime appropinquat capitibus no-  
stris statio temporis: quod est vsque ad occasum. Si vero ter-  
ra esset disposita secundo modo. scilicet quod terra esset in axe: sed appro-  
pinquaret magis ad vnum polorum quam ad alium: sequeretur  
duo inconuenientia. Primo quidem. quia in sola recta sphaera ori-  
zon diuideret celum in duo media: in sphaera vero obliqua  
semper esset minor pars celi ex parte poli apparentis: ma-  
ior autem ex parte poli occultati. et ita sequeretur quod orizon ob-  
lique sphaere non diuideret zodiacum in duo media. Cuius



contrariuz apparet sex hoc q̄ semper sex signa videmus sup̄ terram. Sc̄do q̄ si terra non esset directe posita sub equinoctiali sequeretur q̄ vmbre corporū erectorum in equinoctijs oriētales non fierēt in directo occidētalibus. Cuius contrariū vbiq̄ apparet. Et ex hoc p̄ q̄ neq̄ terti⁹ modus eē potest: vt. s. terra neq̄ sit in axe: neq̄ distet ab vtroq̄ poloz. q̄ ad hanc positionem sequuntur omnia predicta inconuenientia. Qualitercunq̄ etiam terra non eēt in medio mundi confunderetur omnis ordo qui consideratur circa augmētum ⁊ diminutionē dierum: similiter ēt improbarētur regule eclipsium. Nō. n. semp̄ eclipses lune fierēt in directa oppositione solis ⁊ lune si terra non eēt in medio. Quā autē terra non moueatur transiēs de loco ad locum p̄tingit ex hoc q̄ terra semp̄ est in medio. Et iterum sequerēt quocunq̄ motu mouerētur q̄ p̄pter velocitatez sui motus occultarentur a nobis omnes alij motus vel nubium vel animalium. Non enim vidēt q̄ tardius moueatur iuxta corpus velocius motum. sic igit̄ epilogaō cōcludit p̄s q̄ de loco ⁊ motu ⁊ quiete terre quomodo se habeat tanta dicta sint.

Lō.  
104.



Iguram autem habere sphericā necessarium est ipsam: vnaqueq̄ enī particularum grauitatem habet ad mediū: ⁊ minor a maiori pulsa non potest intumescere: sed cōprimi magis ⁊ consentire alteram alteri quousq̄ vtiq̄ue veniant ad mediū.

Lectio. XXVII.



Ostēdit p̄s determinatū veritatez circa motum: vel locū: vel getē terre. hic determinat veritatem circa figuram ipsius. ⁊ p̄mo p̄bat terram eē sphericā rōnibus naturalibus: que accipiunt̄ ex parte motus. ⁊ rōnib⁹ mathematicis ⁊ astrologicis: que accipiunt̄ ex his que apparent s̄m sensum ibi. Adhuc autē ⁊ per apparētia rē. Circa p̄mū duo facit. p̄mo ostēdit p̄positū rōne sumpta ex ipsa specie naturalis motus terre. ⁊ ex figura motus ipsius ibi. Et q̄ oīa rē. Circa p̄mū tria facit. p̄mo ponit rationē. ⁊ cōparat eam rōni quā antiq̄ assignabāt ibi. Oportet autē intelligere rē. Tertio excludit quasdā obiectiones ad rōnē p̄dictam ibi. Siue igit̄ s̄l rē. Dicit ergo p̄mo q̄ necesse est terrā habere sphericā figuram hac rōne. q̄ quelibz partium eius hz grauitatē ad mediū. i. sua grauitate naturaliter mouet̄ ad mediū: vt ex supra dictis p̄s. Est et̄ hic cōsiderādum circa motū partium terre. q̄ maior pars depellit minozē: quousq̄ ipsa maior pars pueniat ad mediū. Cuius rō est: q̄ maior pars terre hz maiorem grauitatē. ⁊ per se quēs maiore v̄tutem vt moueat̄ ad mediū. semper. n. minor virtus vincit̄ a maiori. Et ideo non est pole q̄ partib⁹ terre motis v̄sus mediū: aliq̄ pars terre itumescat: vt fluctuet. ita. s. q̄ eleuet̄ i situ vna ps terre sup̄ aliā sic accidit i mari fluctuāte q̄ si terra sit alicubi nō p̄ssa. ⁊ alicubi p̄ssa: s̄ o3 q̄ cū oēs pres terre tēdāt v̄sus mediū superiores pres terre p̄primāt inferiores. ⁊ vna q̄ si p̄sentiat alteri cedēdo ei: quousq̄ pueniat̄ ad mediū. ⁊ sic o3 q̄ partib⁹ terre q̄ si vndiq̄ equalr̄ p̄ssis v̄sus mediū: terra habeat sphericā figurā. Deinde cū dic̄.

Oportet autē intelligere qd̄ dicitur quem admodum vtiq̄ si facta secundum modū cui⁹ ⁊ p̄physiologozum dicunt aliquod factū esse. Veritamen illi quidem violentiā causam ponunt eius que deorsum lationis. Ab eis autē ponere verum ⁊ dicere hoc accidere propter

secundum naturam habere ferri grauitatem habens ad mediū. In potentia igitur existente graui: disgregata ferantur similiter ex omni parte ad mediū.

Manifestat p̄dictam rōnē p̄parādo ipsam ad rōnem de figura terre ab alijs assignatā. ⁊ dic̄ q̄ o3 p̄dictā rōnē intelligere ac si positū eēt q̄ terra eēt ḡnata de nouo concurrētibus vndiq̄ partibus terre v̄sus mediū: sicut antiqui naturales posuerūt. In hoc tñ differentia est: q̄ illi ponūt motū partium terre v̄sus mediū causari ex violentia girationis celi: sicut supra dictū est: melius autē ⁊ verius est vt ponamus motū partium terre accidere nāliter p̄ hoc q̄ partes terre habēt grauitatē inclinātē eas v̄sus mediū. si ḡ ponam⁹ q̄ terra p̄s erat in potētia: sicut antiqui posuerūt: sequēs erit q̄ partes eius disperse ⁊ disgregate p̄s: quādo fuerūt in actu graues: ferētur simili modo ex oī parte ad mediū. ⁊ ex hoc p̄stituet̄ terra: sphericę figure. Deinde cū dic̄.

Lō.  
106.

Lō.  
107.

Lō.  
105.

Siue igit̄ similiter ab extremis diuise partes conueniant ad mediū: siue aliter habentia facient idem. Quod quidem igitur similiter vnumquodq̄ ab extremis latum ad mediū necessarium similem fieri vndiq̄ moles manifestū: equali enim vndiq̄ appposito equaliter necesse distare a medio extremum: hec autem figura spherica est. Nihil autem differt ad rationem: neq̄ si non ex omni parte similiter conuenirent ad mediū partes ipsius plus enim semper quod ipso minus propellere necessarium vsq̄ ad mediū inclinationem habentibus ambobus ⁊ grauiori p̄pellente vsq̄ ad hoc minus graue.

Excludit tres obiectiones p̄tra p̄missam rōnē. quarū p̄ma est q̄ p̄t alijs dicere q̄ p̄dicta rō nō cogit figuram terre eē sphericā: nisi supposito q̄ in p̄ma ḡnatione terre vndiq̄ partes terre s̄l r̄ equalr̄ p̄currant ad mediū: s̄ potuit p̄tingere q̄ in illa disgregatione partium terre plures partes terre iuente fuerint ad vnā partē superioris loci q̄ ad aliā: ⁊ sic plures partes terre aggregate sunt ad vnā partē eius: q̄ ad aliā: qd̄ est p̄tra rōnē spherice figure. S̄ ipse dicit q̄ idē p̄tingit circa figurā terre: siue partes terre que p̄s erāt disgregate s̄l r̄ pueniāt ab extremis terre v̄sus mediū: siue aliter se habeāt. Est autē manifestum q̄ si partes terre s̄l r̄ equalr̄ vndiq̄ ab extremis ferantur ad mediū: necesse est q̄ moles terre vndiq̄ distet equalr̄ a medio: ⁊ in hoc saluat̄ ratio sperę. q̄ spera nihil aliud est q̄ corpus: a cuius medio oēs linee ducte ad extrema sunt equales. Nō differt q̄tū ad hanc rōnē si alijs dicat q̄ partes terre nō s̄l r̄ equalr̄ pueniūt ad mediū q̄ semp̄ id quod est plus cū sit grauius: p̄pellit id qd̄ est minus graue: vsq̄ ad hoc. i. vsq̄ ad mediū. Quod qd̄ potest itelligi dupl̄. vno modo sic vt itelligatur q̄ id quod est minus graue p̄pellat̄ a grauiori quousq̄ graue min⁹ p̄tingat ad mediū: s̄ hoc nō p̄tingit s̄m intentionē Arist. q̄ p̄dicta positione facta adhuc remanebit maior quantitas v̄sus vnā partē terre ad quā plures partes p̄currunt. Alio modo p̄t itelligi vsq̄ ad hoc. i. quousq̄ ipsum corpus grauius attingat mediū. ⁊ hoc p̄ueniētius dicit̄ q̄ vnumquodq̄ corpus graue naturalr̄ tendit ad hoc vt ipsum sit in suo loco: non autem ad hoc q̄ aliquod aliud in suo loco statuat̄. Et inde est q̄ corpus grauius ad hoc



quod ipsum magis appropinquet medio: repellit per violentiam corpus minus graue a medio: sicut patet de lapide plecto in aqua qui repellit aqua a tactu terre. et hoc procedit ratio Arist. nam si usus vna parte terre sit maior quam sitas ad hoc quod ipsa magis appropinquet medio: depellit minorem partem per violentiam a medio quousque equale pondus ex omni parte inueniatur. **¶** Secundam objectionem excludit ibi.

106. **¶** Quod enim utique quis dubitabit eandem habet his solutionem: si enim existente in medio et spherica terra multo maior grauitas apponatur ad alterum hemispherium: non idem erit medium totius et terre. Quare aut non manet in medio: aut si quidem quiescet non etiam medium habens: aut nata est moueri nunc. **¶** Quod quidem igitur dubitatur hoc est.

107. **¶** Et primo ponit ipsam objectionem eo quod sicut ipse dicit eandem habet solutionem cum his que dicta sunt. Est autem dubitatio talis: ponamus quod terra existat in medio et quod sit spherice figure: et quod versus unum hemispherium terre semper apponatur multo maior quantitas quam ex alia parte: quod quidem dicit excludendo objectionem que posset fieri de montibus: qui videntur supereminere alijs partibus terre. nam quantitas montium nihil est in comparatione ad totam quantitatem terre sicut si pilus apponeretur ex vna parte spherice corporee: dato autem quod tantum de corpore graui superadderetur versus vnam partem quod haberet notabilem quantitatem respectu totius terre: sequeretur quod non esset idem medium mundi totius et terre. Unde sequeretur quod vel non quiesceret in medio: vel si quiesceret etiam non in medio existens: etiam nunc quod est in medio sic nata moueri. **¶** Nec igitur est dubitatio. **¶** et ponit solutionem ibi.

**¶** Videre autem non difficile: modicum intendentes et diuidentes: qualiter dignificamus quacumque magnitudinem ferri ad medium: grauitatem habentem. Palam enim quod non vsque quo tangat centrum extremum: sed oportet preualere quod plus donec utique sumat sui ipsius medio medium: vsque ad hoc enim habet inclinationem. Nihil igitur differt hoc dicere in bolo et parte contingente: aut in tota terra. Non enim propter paruitatem aut magnitudinem dictum est accidens: sed de omni inclinatione habente ad medium. Itaque siue tota ab aliqua parte ferebatur siue secundum partem necessarium vsque ad hoc ferri: donec utique vnumquodque similiter sumat medium ad quatuor minoribus a maioribus propulsione in inclinationis.

**¶** Et dicit quod id non est difficile videre si aliquis velit modicum considerare et distinguere qualiter dignum ducimus quod aliqua magnitudo grauitatem habens feratur ad medium mundi: manifestum est igitur quod feratur ad medium mundi non vsque solus ad hoc quod infima extremitas tangat centrum mundi. Sed nisi aliud impediatur: oportet quod preualente maiori parte super minores vsque ad hoc feratur quod corpus motum a medio sui tangat medium mundi: ad quod habent inclinationem omnia corpora grauia. puta si non esset in medio aliud corpus graue nisi vnus lapis qui dimitteretur ab alto: oportet ipsum tam diu

descendere quousque medium lapidis tangeret medium mundi propter hoc quod maior pars eius repellit minorem a medio quousque vnde inueniatur equalis grauitas sicut supra dictum est. vnde ad hoc excludendum primo concludit ex premissis quod nihil differt hoc quod dictum est dicere in quacumque parte terre aut in tota terra. Non enim hoc contingit propter magnitudinem aut paruitatem quod dictum est de motu grauis ad medium. Sed verificatur de terra eo quod habet inclinationem ad medium ratione sue grauitatis. Unde siue tota terra ab aliqua parte celi feratur ad medium siue partes eius: necesse est vsque ad hoc fieri motum donec ex omni parte terra similiter appropinquet ad medium per hoc quod minores partes ad equantur maioribus per impulsionem minorum a maioribus ut dictum est. **¶** Tertia objectionem excludit ibi.

**¶** Siue igitur facta est: hoc necessarium factum esse modo. Quare manifestum: quia spherica: generatio ipsius siue ingenita semper siue manens eodem modo habet quod et genita utique prima facta est. Secundum hanc itaque rationem necessarium esse figuram sphericam ipsius.

**¶** Posset enim aliquis dicere quod predicta ratio procedit supposita generatione terre. Sed ipse hoc excludit dicens quod siue terra sit generata siue non necesse est quod hoc modo sit facta in medio existens sicut supra dictum est: ita scilicet quod medio sui tangat medium mundi: et ita figura eius erit spherica: siue etiam non sit generata: oportet quod hoc modo se habeat sicut si esset generata quia terminus generationis est natura rei. Unde illud quod non est generatum: oportet tale esse quale fieret si generaretur. et secundum hoc conuenit figuram terre esse sphericam etc.

**¶** Et quia omnia feruntur grauia ad similes angulos: sed non iuxta inuicem. Hoc autem aptum natum est ad natura sphericam. Aut igitur est spherica: aut natura spherica. Oportet autem vnum quodque dicere tale: quod natura vult esse et existere: si non quod vi: et propter naturam. **Lec. XXVIII.**

**R**emissa ratione ad probandum rotunditatem terre que sumebatur ex specie partium eius hic inducit aliam rationem ad idem que sumitur ex figura motus partium terre. et dicit quod omnia corpora grauia ex quacumque parte celi moueantur feruntur ad terram ad similes angulos. i. secundum rectos angulos quos facit linea recta per quam est motus corporis grauis cum linea contingente terram: quod manifestum est per hoc quod grauia non stant firmiter super terram nisi secundum lineam perpendicularem: non autem feruntur corpora grauia ad terram iuxta inuicem. i. per lineas equidistantes quod quidem ordinantur ad hoc quod terra apta nata sit esse spherica: quod si mille inclinationem habent grauia ad locum terre ex quacumque parte celi dimittantur. Et ita similiter et equaliter nata est fieri appositio ad terram ex omni parte quod constituit eam spherice figure: si vero naturaliter esset lata in superficie sua sicut quidam dicebant: fieret motus corporum grauium ad terram a celo non vndeque secundum similes angulos. Oportet igitur quod vel terra sit spherica vel quod naturaliter sit spherica. hoc autem ideo appositum propter tumores montium et concauitates vallium. que videntur rotunditates terre impedire. sed huiusmodi sunt ex alia causa accidentali et non ex eo quod per se conuenit terre. Nec hoc habet aliquam quantitatem notabilem in comparatione ad totam terram ut supra dictum est. Oportet autem vnumquodque dicere esse tale quale est secundum suam naturam. et non quale est per aliquam causam

montes n̄ impe  
diunt rō hōdētū  
terre.



violentam vel preternaturalem. Et ideo licet per accidens terra non sit omnino spherica ex aliquo accidente: quia tamen naturam habet ad hoc quod sit spherica simpliciter dicendum est eam sphericam esse. ¶ Deinde cum dicit.

**C** Adhuc autem et per apparentia secundum sensum. Neque enim utique lune eclipses tales haberent decisiones. Nisi enim in his que secundum menses figurationibus omnes accipit differentias. et non recta sit et amphiritos et caua. Circa eclipses autem semper gibbosam habet determinantem lineam. Itaque quoniam quidem eclipsatur propter terre interpositionem: terre utique erit rotunditas figure cum spherica existens.

¶ Probat terram esse sphericam rationibus astrologicis. per ea que apparent secundum sensum: et inducit tres probationes. Quarum prima sumitur ex eclipsi lune et dicitur quod adhuc manifestum est per ea que apparent secundum sensum quod terra sit spherica. Nisi enim terra esset spherica: eclipsis lune non semper haberet circulares decisiones. Videmus enim semper quando luna eclipsatur: obscurum ipsius et lucidum distinguuntur per lineam circulearem. Accidit autem eclipsis lune per hoc quod ipsa subintrat umbram terre. unde apparet umbram terre esse rotundam. Ex quo apparet terram que facit talem umbram: esse sphericam. solum enim corpus sphericum natum est semper facere sphericam umbram: si enim corpus lucidum. scilicet sol sit maius terra: oportet quod faciat terram umbram pyramidalem: cuius conus sit in alto: et basis in ipsa terra: si vero sol esset minor terra: faceret quidem similiter umbram secundum figuram rotunde pyramidis: tamen conus econuerso illius pyramidis esset in terra: basis autem eius in alto. Si vero sol esset equalis terre: faceret umbram cilindricam id est columnarem: quicquid autem horum esset: sequeretur propter hoc quod terra est spherica: quod umbra eius secundum lineam circulearem abscinderet lunam. Possit autem aliquis dicere quod ista circularis abscissio lune non est propter rotunditatem terre sed propter rotunditatem lune. Sed ad hoc excludendum subdit. quod in augmento et decremento lune quod accidit per singulos menses: sectio lune accipit omnes differentias figurarum. nam quandoque diuiditur secundum lineam rectam. sicut quando diuiditur per medium puta cum est. 7. vel. 21. quando autem sit amphiritos: id est vndique secundum circulum. scilicet quando est plena. scilicet cum est. 14. quandoque est concaua. puta cum est prima et a prima vsque ad. 7. et a. 21. vsque ad defectum. Quod contingit propter diuersam habitudinem eius ad solem. ut supra dictum est: sed in eclipsibus semper linea diuidens ipsam est gibbosa id est circularis: quia igitur luna eclipsatur propter terre interpositionem: rotunditas terre cuius sit spherica: est causa talis figure circa diuisionem lune. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

**C** Adhuc autem per astrologum apparentiam non solum manifestum: quia rotunda: sed et magnitudo non existens magna. Modica enim facta translatione nobis ad meridiem et arcticum manifeste alter sit orizon circulus: ita ut que super caput astra magnam habeant transmutationem: et non eadem videantur ad arcticum et meridiem transmutantibus. Quaedam enim in egypto quidem stelle videntur et circa cyprium. In his autem que ad arcticum regionibus non videntur. Et que semper

per in his que ad arcticum apparent astrologum: in illis locis occultantur. Quare non solum ex his palam rotundam esse figuram terre: sed etiam sperare non magne. Non enim utriusque sic velociter palam faceret translatis itaque modicum.

¶ Propter quod existimantes coaptare eius qui circa herculeas columnas locum: ei qui circa indicum: et hoc modo esse mare unum: non valde suspicari incredibilia videri. Sicut autem argumentantes ex elephantibus: quoniam circa utraque loca nouissima existetia generum ipsorum est: velut nouissimis propter conuenire adinuicem hoc passis.

¶ Que sumit ex apparentia stellarum et dicit quod ex diuersitate apparentie stellarum apparet quod terra non solum est rotunda sed etiam parua in comparatione ad corpora celestia: si enim aliquis modicum moueatur versus meridiem vel septentrionem: manifeste diuersificatur nobis orizon. Quod apparet: quantum ad duo. Primo quidem quantum ad polum orizontis qui est punctus celi existens supra summitatem capitis nostri: qui quidem punctus diuersificatur secundum modicam distantiam ut apparet ex stellis fixis. quod in modica distantia diuersae stelle apparent super summitatem capitis. Secundo apparet diuersitas orizontis ex diuersa abscissione celi per orizontes. Et hoc manifestat quod mouentibus se versus septentrionem vel meridiem non videntur eadem stelle. In his enim qui habitant in sphaera obliqua: polum septentrionalis eleuatur supra orizontem ipsorum: et omnes stelle que non distant a polo ultra eleuationem poli supra orizontem: sunt perpetue occultationis. Quia igitur propter diuersitatem orizontis in terris septentrionalibus polum septentrionalis magis eleuatur: et polum oppositus magis deprimitur: contingit quod quedam stelle que sunt propinque polo antarctico: non sunt perpetue occultationis: sed videntur quandoque in terris magis meridionalibus: puta in egypto et circa cyprium: que nunquam videntur in terris magis septentrionalibus. Et econuerso quedam stelle sunt sempiternae apparitionis in regionibus magis septentrionalibus. que tamen in regionibus magis meridionalibus magis occultantur per occasum. Et ex hoc apparet quod terra est figure rotunde precipue per aspectum ad duos polos. Si enim esset superficie plane omnes habitantes in tota terre superficie ad meridiem et septentrionem haberent eundem orizontes. et eadem stelle eis apparerent et occultarentur nullo impedimento facto ex tumorositate. Et simili ratione probatur quod terra sit rotunda versus ortum et occasum: alioquin non prius oriretur astrum quodcumque his qui sunt in oriente quam his qui sunt in occidente. Si enim terra esset figure concaue: sidus oriens prius appareret his qui sunt in occidente: si vero terra haberet planam superficiem. simul appareret omnibus. Manifestum est autem quod sidus oriens: prius apparet his qui sunt in oriente per eclipsim lune: que si appareat in regione magis orientali appareret circa mediam noctem: in regione magis occidentali appareret ante mediam noctem secundum quantitates distantie. Ex quo patet quod sol prius oritur et occidit in regione magis orientali. Per hoc autem ut Ari. dicit: apparet quod non sit magna quantitas rotunditatis terre. Si enim esset magne quantitatis: non in tam parua distantia fieret ita cito diuersitas circa apparentiam stellarum. Et ideo non videntur valde incredibilia opinari quod voluit coaptare secundum similitudinem et propinquitate locum in extremo occidentis situm: quod est circa herculeas columnas: quod scilicet hercules statuit in signum sue victoriae in loco qui est circa mare indicum in

na dant abstraxerunt  
da p...  
ca...  
aqua...  
wa...  
sa...  
no...  
par...  
v...  
109.

Co. iii.

Co. iiz.

Co. i.



extremo orientis: et dicunt esse unum mare oceanum quod continet utraq; loca. et similitudinem utroq; locorum conyungunt ex elephantibus qui circa utroq; locus oriuntur: non autem in medijs regionibus: quod quidem est signum convenientie et similitudinis locorum: non autem propinquitatis. Tertiam probationem inducit ibi.

**Lō. iiz.** Et mathematicorum quicumq; magnitudinem ratiocinari attemptant rotunditatis: ad quadraginta dicunt esse miriades stadiorum: ex quibus argumentationibus non solum spericam molem necessariam esse terre: sed et non magnam ad aliorum astrozum magnitudinem.

Que quidem sumitur ex mensura terre et dicit: quicumq; mathematici attemptauerunt ratiocinari de magnitudine rotunditatis terre contingit usq; ad quadraginta miriades stadiorum: id est quadraginta decem milia: quod est quadringentesies milia stadiorum: est autem stadium octava pars miliaris. octava autem pars predicti numeri est quinquaginta milia. scilicet hoc rotunditas terre erit quinquaginta milia miliariorum. Secundum autem diligentiores considerationem modernorum astrologorum est rotunditas terre multo minor: id est vigintimilia miliaria. et quadraginta: ut alfraganus dicit: vel decem et octo miriadum stadiorum: id est centum octoginta milia stadiorum: ut simplicius dicit: quod quasi in idem redit. Nam viginti milia est octava pars centum sexaginta milium. Hoc autem astrologi comprehendere potuerunt considerantes quantum spacium in terra facit diversitatem unius gradus in celo: et iuenerunt quod quinquaginta stadia secundum simplicium: vel quinquaginta sex miliaria et duas tertias miliarum secundum alfraganum. Unde si multiplices hunc numerum per trecentum sexaginta: qui est numerus graduum celi comprehendentes rotunditatem terre esse predictam quantitatem: et sic ex his possumus argumentari quantitatem terre non solum esse spericam: sed etiam non magnam in comparatione ad magnitudines aliorum astrozum nam sole probatur astrologi esse centies septuagesies maiores terra: cum tamen propter distantiam videatur nobis pedalis: dicit autem aliorum astrozum: propter opinionem pitagore qui posuit terram unam de stellis et in hoc terminat sententia secundi libri. **Liber tertius incipit.**

**Lō. i.** **D**E primo quidem igitur celo et partibus adhuc autem de in ipso latis astris: ex quibus constant: et qualia quedam natura sunt: adhuc autem quoniam ingenita et in corruptibilia pertransiuntur primo.

**A**postrophus determinavit de corporibus que mouentur motu circulari hic procedit ad determinandum de corporibus que mouentur motu recto: et primo premitit premissum in quo explicat suam intentionem: secundo persequitur propositum ibi. Prius quidem igitur philosophantes etc. Circa primum duo facit: primo continet se ad precedentia ostendens de quibus iam supra dictum sit. Secundo de quibus restat dicendum ibi. Quoniam autem eorum que natura. Dicit ergo primo se in precedentibus transiisse id est breuiter tractasse de primo celo et partibus. scilicet eius. possumus autem per primum celum intelligere totum uniuersum: quod est primum perfectione: et partes eius accipere corpora que mouentur motu circulari et motu recto. ut sic videatur hic tangere ea que in primo libro determinata sunt. Sed huic expositioni videtur obistere quod subdit. Adhuc autem de astris latis in ipso etc. Non autem proprie dicuntur ferri astra in toto uniuerso sed in

celo quod circulariter fertur. Et ideo dicitur melius quod dicitur de primo celo est intelligendum de corpore quod circulariter fertur: sed quod non dicit simpliciter de celo: sed de primo celo: potest hoc referri ad primam speram que est stellarum fixarum: quod autem dicitur et partibus: referri ad dextrum et sinistrum et alias positionis differentias quas in celo esse ostendit. Sed secundum hoc non esset sufficiens commemoratio: nec eorum que dicta sunt in toto primo libro: nec etiam eorum omnium que dicta sunt in 2o. in quo habitum est etiam de speris planetarum. Et ideo melius videtur dicendum quod primum celum intelligitur hic totum corpus quod circulariter fertur. Quod quidem dicitur primum in comparatione ad corpora inferiora: respectu quorum est primum et ordine situs: et perpetuitate durationis: et virtute causalitatis. Quod autem subdit: et partibus. referendum est ad diuersas speras. que sunt partes totius corporis celestis: dictum est de stellis que mouentur in toto celo et quantum ad stellas fixas: et quantum ad planetas: de quibus dictum est ex quibus constant. Omnis est. n. quod sunt de natura celestis corporis. dictum est etiam qualia sint secundum naturam: quia sunt animata et sperica. Dicitur etiam quod non sunt subiecta generationi et corruptioni. Et si quidem in primo libro determinavit de toto uniuerso sicut supra diximus secundum opinionem alexandri: sic recapitulatio se extendit solum ad secundum librum. Si vero etiam in primo libro intendit determinare de celo principaliter ut simplicius dicit. sic recapitulatio se extendit et ad primum librum. **Deinde cum dicitur**

**Quoniam autem eorum que natura dicuntur: hec quidem sunt substantie: hec autem operationes et passionibus horum. Dico autem substantias quidem simplicia corpora: pura ignis terra et coelementata his et quecumque ex his: pura totum celum et partes eius et iterum animalia et plantas et partes horum. Passiones autem et operationes motus horum uniuscuiusque et aliorum quorumcumque sunt causa ista elementa secundum virtutem ipsorum. Adhuc autem alterationes et in inuicem transmutationes manifestus: quia de natura historie plurimas accidit de corporibus esse. Omnes enim naturales substantie aut corpora aut cum corporibus generantur et magnitudinibus: hoc autem palam ex eo quod determinatum est que sunt natura: et ex ea que per singula contemplatione.**

**Quod dicitur de quibus restat dicendum et primo manifestat in quo consistat tota consideratio naturalis philosophie. Secundo ex hoc concludit quid post premissa restat dicendum ibi. De primo quidem etc. Circa primum videtur tali ratione. Omnes naturales sunt corpora: sed tota consideratio naturalis est de substantiis naturalibus et earum accidentibus. ergo tota consideratio scientie naturalis est circa corpora: primo igitur premitit minores dicens quod eorum que dicuntur esse secundum naturam: quedam sunt substantie naturales: quedam autem sunt operationes et passiones substantiarum naturalium. Et ad hoc manifestandum primo exponit que sunt substantie naturales: inter quas primo enumerat corpora simplicia: et iterum ea primo explicat de igne et terra et de alijs que sunt simplicia elementa corporum cum eis: sicut sunt aer et aqua: et ad horum naturam pertinet corpora mixta que ex eis componuntur sicut lapides et metalla. Deinde explicat de alio corpore simplici preter elementa: quod est totum celum et partes eius. ultimo autem ponit corpora mixta aiata sicut animalia et plantas et partes. Deinde manifestat que sunt operationes harum substantiarum et dicit: quod per quod sunt motus locales uniuscuiusque horum corporum: et et aliorum quorum ista corpora se**

que sunt consideratio naturalis philosophie



causa: vel materialis: sicut elementa: vel effectiva sicut ce-  
lum. et tamen tantis corporibus congruit motus secundum  
virtutem corporum simplicium de quibus causantur. De-  
inde operationes et passiones predictarum substantiarum  
dicit esse alterationes et transmutationes earum inuicem  
que sunt secundum generationem et corruptionem. 2<sup>o</sup> infert  
conclusionem et dicit ex premisis manifestum esse secundum plu-  
rimam historiam id est narrationem naturalem: esse circa corpora.  
per hoc autem quod dicit plurimam intelligit omnem: sicut videtur hoc  
modo loquendi propter philosophicum temperamentum. vel dicit  
plurimam propter hoc quod in scientia naturali aliquid etiam tra-  
ditur de primo motore et de anima intellectiva. 3<sup>o</sup> ponit ma-  
iores. scilicet quod omnes substantie naturales aut sunt corpora aut ge-  
nerantur cum corporibus. et magnitudinibus sicut sunt for-  
me naturales que dicuntur substantie. Et hoc quidem dicit  
esse manifestum dupliciter. primo per hoc quod determina-  
tum est: que sunt secundum naturam paulo ante: que omnia vel  
sunt corpora vel cum corporibus. ut determinatum est in 2<sup>o</sup>  
physicorum: quod secundum naturam sunt ea que habent in  
seipsis principium motus et quietis: huiusmodi autem sunt so-  
la corpora. quia nihil mouetur nisi corpus. 2<sup>o</sup> dicit hoc esse  
manifestum per inductionem considerando per singula ea que  
in scientia naturali traduntur. Inuenimus. n. omnia esse  
corpora vel cum corporibus. Et est advertendum quod hec ea-  
dem supra in primo libro premisit. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** De primo quidem igitur elementorum di-  
ctum est: et quale quid secundum naturam: et  
quoniam incorruptibile et ingenitum. Reli-  
quorum autem de duobus dicere.

**¶** Ostendit quid post dicta restet dicendum. et primo quod  
quo ad substantias: dicens dictum esse de primo corpore  
inter elementa: id est de celo: quod vocat elementum se-  
cundum alexandrum: quia est pars mundi. secundum au-  
tem simplicium quia est corpus simplex de quo dictum  
est: quale sit secundum naturam. quia est animatum et spe-  
ricum. et quia etiam est incorruptibile et ingenitum. unde  
reliquum est dicere de alijs duobus corporibus. Osten-  
sum est enim in primo libro esse tria corpora: unum. scilicet quod  
mouetur circa medium de quo iam dictum est: aliud quod  
mouetur a medio. et tertium quod mouetur ad medium:  
de quibus duobus restat dicendum. nam de terra supra  
dictum est: non quantum ad suam naturam: sed quantum ad ha-  
bitudinem quam habet ad celum. **¶** Secundo ibi.

**¶** Simul autem accidet de his dicentibus. et  
de generatione et corruptione inquirere. **¶** De  
generatio enim aut quod preter omne non est: aut so-  
lus in his elementis: et his que ex his est. Ipsa  
autem primum hoc forte primo considerandum:  
vtrum est: aut non est.

**¶** Ostendit quid restet dicendum quantum ad operationes et  
passiones: et dicit quod simul cum his duobus restat inquirere  
de generatione et corruptione: quia talis generatio aut  
nihil est: sed est remota a natura totius vniuersi: aut solum  
inuenitur in his elementis que mouentur motu recto: et  
in corporibus que ex eis componuntur: hec autem consi-  
deratio locum non habebat dum adhuc de rebus incor-  
ruptilibus ageretur: oportet autem hanc consideratio-  
nem non pretermittere: quia multum valet ad considera-  
dam naturas corporum.



rimus quidem igitur philosophantes de veritate et ad quos dicimus  
nos nunc sermones: et adiuuantes di-  
uersificati sunt. **¶** Lectio. II.



Remisso probemio in quo ostendit quid restet  
considerandum circa scientiam naturalem hic  
incipit prosequi ea que dicta sunt et primo in-  
quirendo de opinionibus philosophorum circa pre-  
dicta: secundo determinando veritatem in  
quarto libro ibi. De graui autem et leui etc. Circa primum  
duo facit. Primo inquit de generatione et motu corporum  
naturalium an sit. Secundo quorum et propter quid sit ibi.  
Quod autem neque omnium est generatio etc. Circa primum  
duo facit. Primo inquit secundum opiniones antiquo-  
rum philosophorum an sit generatio. Secundo inquit an motus  
localis sit naturalis corporibus naturalibus ibi. Quod au-  
tem necessarium existere motum etc. Circa primum duo fa-  
cit. Primo enumerat opiniones antiquorum circa genera-  
tionem. Secundo inquit de veritate earum: ibi. De alijs  
quod igitur alter sit sermo. Circa primum tria facit. Primo  
ponit diuersitatem philosophorum circa generationem. 2<sup>o</sup> ponit  
opinionem negantium generationem ibi. Hi quidem cau-  
sam ipsorum etc. 3<sup>o</sup> ponit opiniones attribuentium genera-  
tionem corporibus ibi. Alterius quidem igitur etc. Dicit  
ergo primo quod illi qui prius philosophati sunt de veri-  
tate. scilicet speculatiua: quod dicit ad differentiam eorum qui  
philosophati sunt circa moralia et circa politica: diuersifi-  
cati sunt in suis opinionibus: et contra se inuicem: et contra ea  
que nunc dicuntur de generatione. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** Hi quidem. n. ipsorum totaliter auferent  
generationem et corruptionem. Nihil. n. neque  
fieri aiunt: neque corrumpi entium: sed solum vi-  
deri nobis: puta qui circa mellissum et parme-  
nidem: quos et si aliqua dicunt bene: sed non phy-  
sice oportet putare dicere: esse enim quedam  
entium ingenita et totaliter imobilia magis est  
alterius et prioris quam physice considerationis.  
Illi autem propter nihil quidem aliud preter  
sensibilem substantiam suspicari esse. Thales  
autem quasdam intelligere primi naturas: si  
quidem erit aliqua cognitio aut scientia: sic tra-  
stulerunt ad hoc per eas que inde rationes.

**¶** Ponit opiniones auferentium generationem et corrup-  
tionem a rebus: dicit. n. quod nihil entium sit aut corrumpi solum  
lud videtur nobis aliquid generari: aut corrumpi. Sed ista fuit  
opinio sequentium melissum et parmenidem. quos quantum ad ali-  
quid laudat ad hoc quod ipsi primi intellexerunt quod omnia esse aliquid na-  
turas ingenitas: et incorruptibiles: et imobiles. Quod quidem hac  
ratione moti ponebant: quia cum de his que subiungunt generationi et  
corruptioni non possit esse certa cognitio. aut scientia: omnia esse ali-  
quid nature ingenitas et incorruptibiles. Si. n. de his que cadunt  
sub generatione et corruptione sit aliquid scientia: hoc non est nisi  
quantum in eis est aliquid ingenitum et incorruptibile sicut participatio-  
nem illarum naturarum que sunt ingenite. et incorruptibiles  
Cognoscuntur. n. secundum suas formas: forma autem est quoddam  
ordinum in rebus in quantum est quoddam participatio primi actus. Re-  
probant autem eos Aristoteles in hoc quod nihil opinabantur esse preter sen-  
sibilia. et tamen intellegebant quod oportet esse quoddam substantias ingenit-  
tas et incorruptibiles: et transtulerunt ea que pertinent ad rationes super-  
naturalium substantiarum ad hec sensibilia: dicentes hec sen-  
sibilia esse ingenita et incorruptibilia secundum veritatem: gene-  
rari autem et corrumpi secundum opinionem. Manifestum est autem quod si  
sunt quoddam entia ingenita: et incorruptibilia: et omnino imobi-  
lia: eorum consideratio non pertinet ad naturalem philosophiam que tota versa  
tur circa mobilia: sicut magis pertinet ad alias priorum philosophias:  
est metaphisica. et ideo parmenides et melissus: licet quod



tum ad aliquid bene dicerent: ponentes q̄ oporteret esse aliquid ingentū. & imobile: nō tñ q̄tuz ad hoc bene dicebant q̄ de rebus naturalib⁹ nō naturaliter loq̄bant: attribueres ea que sunt substantiāz imobilū substantiis naturalib⁹: que sūt substantie sensibiles. Dicit aut̄ simplicius in sc̄do cōmēto: q̄ Aris. more suo rephēdit parmenidē. & melissum: s̄m ea que exterius ex eorum verbis apparebant. ne aliqui superficialiter intelligentes deciperent: s̄m autē rei veritatem intentio horū phoz erat q̄ ipsuz ens: quod .s. est per essentiā suā est ingentū & incorruptibile & oīno imobile. Quod aut̄ dicebant generationē in rebus esse secundū opinionē: & nō secundū veritatem: hoc ideo dicebāt q̄ opinabātur q̄ sensibilia: in quibus iuenitur generatio & corruptio non sunt vera entia: sed soluz secundū opinionem. ¶ Deinde cum dicit

lō. 3. ¶ Alteri autem quidam velut studiose factaz contrariam his habebant opinionem: sunt. n. quidam qui aiunt nullam ingentam esse rerū: sed omnia generari. Genita autem hec quidez incorruptibilia p̄manere: hoc aut̄ itez corrupi. Maxime autem qui circa hesiodum.

¶ Ponit opinionē attribuētū generationē corporib⁹: & ponit tres opinōes. & dicit: q̄ quidā alij habebāt cōtrariā opinionē predictis ac si studiose intenderent eis cōtradicere. Quidā. n. dicūt q̄ nulla res est ingenta: s̄ oīa generantur. Eoz tñ que generantur: quedā permanēt incorruptibilia. quedā aut̄ corrūpūt: & hoc maxime dixerunt sectatores hesiodi: qui fuit vnus de theologis poetis qui diuina sub tegumētis quarūdam fabularū tradiderunt. vnde hesiodus dicitur posuisse etiā chaos: ex quo oīa generantur: esse generatū: oē aut̄ generatum ab aliquo generante generat. vnde dabāt intelligere sup̄ oīa ista esse quādam causaz primā super intellectum & nominationē a qua oīa processerunt. Et huiusmodi p̄cessuz a primo principio generationem vocabāt. ¶ Sc̄daz opinionē ponit ibi.

¶ Deinde & alioruz primū phisilogizantes: hi quidem omnia alia aiunt generari & fluere: esse autem fixe nihil: vnum quoddam solū subsistere: ex quo hec omnia trāsformari nata sūt: quod quidem videntur dicere velle alij multi & eraclitus ephesius.

¶ Et dicit q̄ post predictos poetas inter alios primitus de natura tractauerunt quidā qui dixerūt q̄ oīa alia generant & sunt in continuo fluxu ita q̄ nihil in eis est fixuz & permanens p̄ter vnuz materiale. .s. principiū quod subsistit oībus que fiunt & corrūpūt. Et hoc idē dixerūt multi alij phi: sicut Thales qui posuit hoc p̄ncipiū esse aquā. anaximenes aut̄ aerem. anaximāder aut̄ inter vtrūq̄. .s. vaporem. eraclitus aut̄ ephesius ignez: de quo specialiter mentionē facit: q̄ ipse magis assererat oīa esse in cōtinuo fluxu. ¶ Tertiam opinionem ponit ibi.

¶ Sunt autem quidam qui & omne corpus generabile faciunt componentes & resoluentes ad superficies & ex superficialibus.

¶ Et dicit q̄ quidam posuerūt q̄ omnia corpora componuntur ex superficialibus. & iterum resoluntur in superficies. Et hec fuit opinio platonis.

lō. 4. ¶ De alijs quidez igitur alter sit sermo. ¶ Bicentibus autem in hoc modo & omnia corpora constituentibus ex superficialibus quecunq̄ quidez alia accidit dicere p̄traria disciplinis prom

ptum videre. Et quidem iustum aut non mouere aut credibilioribus ipsa: rationibus mouere q̄ suspensiones.

Lectio. III.



Remissis opinōibus de generatiōe rerū: hic inquit de veritate dictaz opinionū & p̄termissis alijs opinōib⁹: d̄ quib⁹ i alijs locis inquit sp̄aliter inquisitionē facit de vltima opinione q̄ est platonis. Tum q̄ erat famosoz. Tum etiam quia ordine inquisitionis erat prior. Nā alie opinionēs ponebant vel auferebant specialū corporū generationem. hec aut̄ opinio videbāt tradere generationē inq̄tuz est corpus ponēdo corpus ex superficialibus generari. Circa hoc autē duo facit. primo improbat hanc opinionem. & ostendit eisdem rationibus improbari posse opinionē p̄thagoricoz ponētū corpora generari ex numeris ibi. Idē aut̄ accidit rē. Circa primū duo facit: p̄mo improbat predictā opinionē rationib⁹ mathematicis. sc̄do rationibus naturalibus ibi. Quecunq̄ autem de naturalibus rē. Circa primum ponit duas rationes. Circa quaruz primā dicit q̄ de alijs predictarū opinionum debet fieri alius sermo partim quidem in primo phycoz. partim autem in libro de generatione: partim autē inferius in hoc eodez libro. Sed q̄tuz ad illos qui ponūt oīa corpora ex superficialib⁹ p̄stitui in promptu est videre. q̄ accidit eis dicere multa p̄traria disciplinis. .i. scientiis mathematicis q̄ supponūt p̄dictum esse indiuisibile & ita ex p̄ctis nō fit linea. que est diuisibilis: supponūt. n. lineā esse longitudinē sine latitudine. & ita ex lineis nō fit superficies q̄ habet longitudinem cū latitudine sine p̄funditate. & ita ex superficialibus nō fit corpus: quod cum longitudine & latitudine habet profunditatē. nō est autem rectum q̄ aliquis remoueat huiusmodi suppositiōes mathematicas nisi aliquis afferat probabiliores rationes. q̄ sint iste suppositiōes. Et ideo videtur q̄ predicta platonis positio esset improbanda que absq̄ ratione congente huiusmodi suppositiōnes remouit. ¶ Sc̄dam ponit ibi.

¶ Deinde palam quia eiusdez rationis est: solida quidem ex superficialibus componi. Superficies autem ex lineis: has autē ex punctis: sic autem habentibus non necesse lineę partem lineam esse. De his autem consideratuz est prius in his qui de motu sermonibus: quia nō sūt indiuisibiles longitudines.

¶ Dicit eiusdem rationis esse q̄ solida idest corpora componantur ex superficialibus: & q̄ superficies ex lineis & linea ex punctis: q̄ sicut p̄ctus est termin⁹ & diuisio lineę: ita linea superficiali. & superficies corporis: si aut̄ sic se hz sicut plato posuit: q̄ corpora componantur ex lineis & linea ex punctis: & ita nō erit necesse q̄ ps lineę sit linea: & de h̄ dicit eē prius cōsideratū in sermōib⁹ de motu. .i. in sexto phycoz. vbi probatū est q̄ lineę nō sunt indiuisibiles. neq̄ ex indiuisibilibus compositę: inuenitur aut̄ quidam alius libellus in quo probatur q̄ nō sunt lineę indiuisibiles. quem quidē dicunt esse theophrasti. ¶ Deinde cum dicit.



¶ Quecunq̄ autē de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere: facientib⁹ indiuisibiles lineas ad modicū consideremus & nunc. Impossibilia. n. in illis accidentia & naturalibus cōsequuntur. Que autem in his: in illis non omnia propter hoc quidem ex ablatione dici mathematica: p̄physica autem ex appositione.



**I**mprobat predictam positionem per rationes naturales. Et primo assignat rationem quare necesse sit huiusmodi rationes inducere non solum mathematicas sed etiam naturales: secundo exequitur propositum ibi. Multa autem sunt etc. Dicit ergo primo quod quia dictum est quod impossibile sequatur secundum mathematicas consideraciones ad id quod aliqui ponunt esse lineas indiuisibiles: ex quibus componitur superficies: et per consequens corpora: oportet quod etiam nunc consideremus breuiter impossibilia que sequuntur ad hanc opinionem circa naturalia corpora: et hoc necessarium est: quia quecumque impossibilia accidunt circa mathematicalia corpora: necesse est quod consequantur ad corpora naturalia. Et hoc ideo: quia mathematica dicuntur per abstractionem a naturalibus: naturalia autem se habent per appositionem ad mathematica. Superaddunt enim mathematicis naturam sensibilem, et motum: a quibus mathematicalia abstrahuntur. et sic patet quod ea que sunt de ratione mathematicalius saluantur in naturalibus. et non e conuerso. Et ideo quecumque inconuenientia sunt contra mathematica: sunt etiam contra naturalia: sed non conuertuntur. **¶** Deinde cum dicit.

**Co. 7.** **A**ltra autem sunt que indiuisibilibus non possibile existere: naturalibus autem necessarium: puta siquid est indiuisibile. In indiuisibili enim diuisibile impossibile est existere: passiones autem diuisibiles omnes dupliciter: aut enim secundum speciem: aut secundum accidens: secundum speciem quidem: puta coloris albus aut nigrus: secundum accidens autem: si cui existat sit diuisibile. Quare quecumque simplicia passionum omnia sunt diuisibilia hoc modo: propter quod impossibile in talibus considerandum.

**¶** Ostendit que impossibilia ex predicta positione sequantur circa corpora naturalia. et primo ponit quendam rationem generalem: secundo explicat eam per partes ibi. Si itaque impossibile est etc. Dicit ergo quod multa sunt que non possunt inesse indiuisibilibus. que tamen necesse est inesse naturalibus corporibus. Possunt autem indiuisibilia hic accipere mathematica: eo quod per abstractionem dicantur. et sic hoc quod hic dicitur inducitur ad manifestandum quod immediate dictum est. scilicet quod naturalia se habent per additionem ad mathematica. quia ultra necesse est inesse naturalibus: que non possunt inesse mathematicis. sicut omnes passiones que sunt diuisibiles. Sed melius est ut indiuisibilia accipiamus sicut superficies respectu corporum. et lineas respectu superficierum: et puncta respectu linearum que etiam indiuisibilia sunt simpliciter. Dicit ergo quod multa necesse est inesse corporibus naturalibus que non possunt inesse rebus indiuisibilibus: puta si aliquid est indiuisibile ut punctum. vel linea vel superficies. puta si quid est diuisibile ex necessitate inest corpori naturali non autem rebus indiuisibilibus. Diuisibile enim non potest inesse rei indiuisibili omnino: quia id quod inest alicui: quodammodo comprehenditur ab ipso: diuisibile autem non potest comprehendere ab indiuisibili secundum quantitatem: omnes autem passiones dupliciter diuiduntur vel secundum speciem vel secundum accidens. Quod non est sic intelligendum quasi quilibet passio utroque modo diuidatur: sed quia quilibet passio vel uno vel altero modo diuiditur. Exponit autem utrumque modum diuisionis. et dicit quod secundum speciem diuiditur passio sicut species coloris sunt albus et nigrus. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Uno modo quod hoc commune colorum diuidatur per album et nigrum

sicut per suas species: hoc non facit ad propositum. quia nihil prohibet de aliquo indiuisibili predicari aliquid quod est commune ad multa. Unde oportet intelligere quod passio diuisibilis secundum speciem intelligatur sicut color medius qui componitur ex duabus speciebus coloris: que sunt album et nigrum. Talem autem passionem non videtur possibile inesse rei ut simpliciter. Quia cum passiones proprie causentur a subiecto: necesse est quod passionis compositae sint diuersa principia: quod repugnat simplicitati subiecti. Exponit autem consequenter de diuisibili secundum accidens. et dicit quod passio dicitur secundum accidens diuisibilis si subiectum cui accidit sit diuisibile: sicut diuiditur albedo per diuisionem subiecti. unde omnes passiones que sunt simplices secundum speciem: inueniuntur diuisibiles hoc modo. scilicet secundum subiectum: in quantum. scilicet in sunt corpori naturali. Et ideo circa tales passiones que uno vel altero modo sunt diuisibiles: est considerandum: quod impossibile sequatur dicentibus lineas indiuisibiles vel superficies ex quibus componuntur corpora naturalia ex talibus que non sunt susceptiua passionum corporum naturalium.

**¶** Deinde cum dicit.

**¶** Si itaque impossibile est utroque nullam habente grauitatem ambo habere grauitatem: sensibilia autem corpora omnia: aut que grauitatem habent: puta terra et aqua: ut et utique ipsi dicent. Si quidem punctum nullam habet grauitatem: palam quia neque linea. Si autem non habet: neque superficies: quare neque corporum nullum.

**¶** Ponit speciales rationes ad probandum positionem predictam. Circa quarum primam duo facit. primo proponit rationes. secundo probat ea que supposuerat ibi. Sed et quod punctum etc. Dicit ergo primo: impossibile esse si utrumque eorum ex quibus aliquid componitur nullam habeat grauitatem. et quod compositum habeat ex ambabus grauitatem. sed corpora sensibilia habent grauitatem aut omnia sicut dicebat democritus: aut quedam scilicet terra et aqua sicut ipsi met platonicus dicebant: ergo corpus sensibile non potest componi ex rebus non habentibus grauitatem. Componitur autem ex eis secundum predictam positionem. Si enim punctum non potest habere grauitatem: ergo nec linea que ex punctis componitur. Et si linea non potest habere grauitatem: per consequens nec superficies que componitur ex lineis. et ulterius neque corpus quod componitur ex superficiebus. Quod est contra predicta. Est autem considerandum quod ista ratio tenet in partibus quantitatis. que sunt eiusdem nature et rationis adinuicem. et cum toto. non autem tenet in partibus essentialibus quorum alia ratio est adinuicem et a toto. unde non sequitur si materia non est grauis nec forma quod aliquid ex eis compositum non sit aliquid graue actu. **¶** Deinde cum dicit.

**¶** Sed et quod punctum non possibile grauitatem habere manifestum: graue enim omne et grauius et leue leuius contingit aliquo esse. Grauius autem aut leuius: forte non necesse graue aut leue esse. Quoadmodum enim magnum maius: maius non semper magnum. Altra enim sunt que parua entia simpliciter: tamen maiora alijs sunt: si itaque quodcumque graue ens grauius sit: necesse se grauitate maius esse: et graue omne diuisibile utique erit: punctum autem indiuisibile supponitur.



¶ Probat que supposuerat in ratione premissa. et primo probat quod punctum non sit graue. secundo quod ex non grauibus non potest componi aliquid graue ibi. Adhuc neque ex non habentibus et. primum autem probat tribus rationibus. Quarum prima talis est. Omne graue potest esse aliquo modo grauius. et omne leue contingit aliquo modo esse leuius: sed tamen non est necesse omne quod est grauius aut leuius esse graue aut leue. Uideatur autem quod hic dicitur esse falsum: nam comparatiuum supponit positiuum. omne autem albius est albius. Dicunt ergo quodammodo comparatiuum si proprie accipiatur presupponit positiuum: et infert ipsius: sed quoniam comparatio est abusiuus: puta cum aliquid comparatiue dicitur respectu oppositi: sicut si dicatur cignus albius coruo: vel etiam si dicatur comparatiue propter hoc quod minus participat de opposito: puta si dicatur alius ethiops esse albius coruo: quod est minus niger. Et sicut dicitur aliquid minus malum esse eligibilius magis malo: cum tamen malum non sit eligibile: nec ethiops sit albus. Et per hunc modum hic plus dicitur quod non omne grauius est graue: nec omne leuius est leue: unde ad assignandam abusiuam comparationem addit forte: sed quod non est consuetudo Aristotelis. ut ex abusiuis locutionibus argumentetur: ideo dicitur est quod quodammodo dicuntur absolute: sicut albius vel dulce: et in talibus comparatiuis presupponit positiuum: et infert ipsum: quodammodo autem sunt quod quoniam dicuntur absolute: quoniam autem relatiue: sicut graue et leue. Nam ut in quarto dicitur: ignis dicitur absolute leuis: terra autem absolute grauis: aer autem ad ignem quidem grauis: ad aquam autem et terram leuis: sic et aqua ad terram quidem est leuis: ad ignem autem et ad aerem grauis. Manifestum est autem quod id quod est absolute graue: est etiam graue per comparationem ad alia: et per hunc modum omne graue est grauius: et omne leue est leuius: non tamen sequitur quod omne leuius est leue: aut omne grauius sit graue. quod non sequitur: quod si est leue ad alia: quod sit leue absolute. Et eadem ratio est de graui. Et quod hec sit ratio dicti patet in exemplo quod ponit. Magnus. n. ceteris acceptum dicitur ad aliquid ut patet in predicamentis: sed oppositum rei alicui dicitur absolute magnum quod pertingit ad quantitatem debitam illi rei sicut homo dicitur magnus absolute qui attingit ad perfectam hominis quantitatem. Et ita patet quod magnum dicitur absolute et ad aliquid. Et inde est quod omne magnum absolute dicitur magnum ad aliquid quod est esse maius: non autem omne maius est magnum absolute: multa. n. sunt quod absolute considerata sunt parua: quod tamen alijs sunt maiora. Si igitur omne graue est grauius quodammodo alio: necesse est quod omne graue sit maius alio quodammodo in grauitate. et ita sequitur quod sit diuisibile: nam omne maius diuiditur in equale et plus. sed punctum est indiuisibile: ut supponitur ex eius definitione. ergo punctum non est graue. ¶ Secunda rationem ponit ibi.

¶ Adhuc si graue quidem spissum: leue autem rarum. Est autem spissum a raro differens eo quod in equali mole plura existat. Si igitur est plus graue: et leue est: et si densum et rarum. Sed quod quidem spissum et diuisibile: punctum autem indiuisibile.

¶ Que talis est. Si graue et leue consequuntur ad rarum et spissum. videmus. n. quod secundum differentiam raritatis et densitatis elementa differunt in grauitate et leuitate sed spissum differt in hoc a raro quod in equali mole: id est sub eisdem dimensionibus plura continet: quod plus habet de materia ut in quanto physicorum. habetur. Cum autem corpora quedam sint graua: quedam leuia cum punctum ponitur graue aut leue pari ratione ponitur et densum et rarum: sed illud quod ponitur spissum oportet esse diuisibile in quantum plura continet sub minori mole similiter id quod est rarum oportet: quod sit diuisibile in quantum equale continet sub maiori mole. punctum autem est indiuisibile: neque ergo est spissum neque ra-

rum. et per consequens neque graue neque leue. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Si autem omne graue molle aut durum necesse est esse: facile ex his impossibile aliquid deducere. Adhuc quidem enim quod in seipso cedit. Quod autem cedens diuisibile.

¶ Que talis est. Omne graue aut est molle aut durum. Cuius ratio est: quia grauitas consequitur duo elementa scilicet terram et aquam: quorum unum scilicet aqua cedit tangenti: et ideo est principium mollietatis. alterum autem scilicet terra non cedit: ideo est principium duricie.

Manifestum est autem quod omne molle est diuisibile: quod cedit tangenti contra seipsum: quod non posset esse nisi haberet plures partes: quarum una quodammodo resurgeret in locum alterius. Et eadem ratione oportet durum esse diuisibile: non enim posset dici cedens nisi haberet quod cederet. Cum igitur punctum sit indiuisibile: non erit durum neque molle. et ita non erit graue. ¶ Deinde cum dicitur.

¶ Sed adhuc neque ex non habentibus grauitatem erit grauitas. In quantis enim accidet hoc: et in quantis non: quomodo determinabunt non volentes fingere.

¶ Ostendit quod nullum graue potest componi ex duobus vel pluribus quorum nullum est graue. Sed hoc est intelligendum de compositione qua aliquid componitur ex partibus constitutiuis: nam unde ex partibus essentialibus componitur aliquid graue puta ex materia et forma: quorum neutrum est graue. Ad hoc autem ostendendum inducit duas rationes. Quarum prima est que procedit secundum quorundam opinionem: qui dicebant quod ex aliquibus non grauibus quandoque multiplicabatur et componebatur aliquid graue: quando autem erant in minori numero non constituebatur ex eis aliquid graue. Oportet igitur quod determinent quot existentibus constituebatur grauitas: alioquin quod dicitur sine certa ratione videtur esse fictitium. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Et si omnis grauitas maior grauitate grauitati accidet: et unumquodque impartibili grauitatem habere. si. n. quatuor puncta grauitatem habent. Quod autem ex pluribus fuerit: eodem grauius grauius. Quod autem grauius grauius: necesse graue esse: quemadmodum albo albius album. Quare maius uno puncto grauius erit ablato equali: quare et unum punctum grauitatem habebit.

¶ Que talis est. omnis grauitas maior alia grauitate excedit minorem grauitatem per aliquam grauitatem: quod per additionem similium fit aliquid maius: et ex hoc sequitur secundum positionem predictam quod quodlibet indiuisibile habeat grauitatem. Ponamus enim quod sit aliquid corpus ex quatuor punctis constitutum grauitatem habens: sit aliud corpus constitutum ex pluribus punctis puta ex quinque vel sex. et sic erit grauius ita scilicet quod oportebit id in quo excedit: esse graue. et quauis non omne grauius sit graue. ut supra dictum est: tamen omne quod est grauius graui: oportet esse graue: sicut omne quod est albius albo: oportet esse album. Et ideo cum illud quod est maius in uno puncto sit grauius corpore quod est sibi equale: si auferatur ab eo unum punctum: sequetur quod unum punctum sit graue: quod est impossibile: ut ex premissis patet. Ergo relinquitur impossibile quod ex non grauibus fiat aliquid graue.

Co.ii.

Co.iz.

Co.8.

Co.10.

Co.9.



13. **C** Adhuc siquidem superficies solum secundum lineas contingit componi inconueniens: quemadmodum. n. et linea ad lineam utroque modo componitur: et secundum longitudines et secundum latitudines: oportet et superficiem superficiem eodem modo. Linea autem potest lineam componi secundum lineas suppositam non solum appositam: Sed et siquidem et secundum latitudinem contingit componi: erit aliquod corpus: quod necque elementum necque ex elementis compositum ex sic compositis superficialibus. **Sec. III.**



Remissa prima ratione quam Aristoteles posuit ad improbandum oppositionem platonis ponentis corpora ex superficialibus generari. hic ponit secundam rationem. Ad cuius euidetiam sciendum est quod plato quod non distinguebat inter unum quod est principium numeri. et unum quod conuertitur cum ente: quod significat substantiam rei: ponebat per consequens quod unum: quod est principium numeri esset substantia rei: et per consequens omnes res ponebat esse numeros. Unde et dimensiones quantitatis continue dicebat esse quosdam numeros positiones habentes: et sic secundum ipsas punctus est unitas positionem habens: et sic de alijs. Et quod dualitates attribuebat materię: unitatem autem forme: estimabat quod forme omnium corporum essent accipiende secundum rationes figurarum: secundum quod corpora terminantur. Ultimi autem termini dimensionum sunt puncta que sunt unitates posite ut dictum est. et ideo diuersas figuras corporeas diuersis corporibus attribuebat: videlicet figuram pyramidalem igni. figuram autem sex basium terre: figuram autem octo basium aeris: figuram autem x. basium aque: figuram autem. i. basium etheris. i. celo. Manifestum est autem figuras corporeas ex superficialibus constitui in quantum adinuicem coniunguntur secundum tactum linearem. Sic. n. faciunt angulum corporealem. Et ideo formalem compositionem corporum distribuens plato dicebat quod corpora componuntur ex superficialibus secundum lineam coniunctis. Contra hoc obicit Aristoteles. dicens: inconueniens esse superficies componi sine coniungi ad instituendum corpus solum secundum linearem contactum. Et hoc manifestat per exemplum: linea enim duobus modis potest alteri lineae coniungi. Uno modo secundum longitudinem: quod est secundum punctuale contactum in quantum. i. longitudini unius lineae coniungitur in puncto longitudo alterius lineae: siue faciat angulum cum ea siue non. Alio modo secundum latitudinem: quod est secundum appositionem totius lineae ad totam lineam in via latitudinum. Et similiter oportet quod superficies componatur superficiali dupliciter. i. secundum profunditatem. puta si tota una superficies supponatur alteri superficiali: et secundum linearem contactum: siue constituat angulum corporealem siue non. Et ad exponendum quod dixerat subdit: quod linea potest componi lineae secundum hoc quod supponatur alteri: et non solum secundum hoc quod apponatur ei secundum tactum linearem compositae faciunt omnia elementa sequetur quod si ponatur secundum latitudinem. et supponendo superficies superficiali: id quod componitur ex superficialibus sic compositis erit corpus quod nec est elementum nec ex elementis. Quod autem non sit elementum patet. quod omnia elementa constituantur secundum alium modum coniunctionis superficialium. Quod autem non sit ex elementis patet: quod ista compositio superficialium que est secundum suppositionem videtur constituere ipsam profunditatem corporis que est eius substantia. Alia vero compositio superficialium constituit corpus secundum figuram que est forma adueniens substantie corpo-

rali. unde compositio superioris erit prior: et id quod est constitutum ex tali modo compositionis videtur comparari ad id quod est constitutum secundum alium modum compositionis sicut materia ad formam. Ex superficialibus autem secundum opinionem platonis natum est componi corpus: sequitur igitur quod id quod precedit omnia elementa sicut elementorum materia suscipiens omnes figuras seu formas eorum: sit corpus. Et hoc reputabat plato inconueniens: non. n. primam materiam dicebat esse corpus sicut quidam antiqui naturales dixerunt. **C** Deinde cum dicit.

**C** Adhuc siquidem multitudine grauiora corpora superficialium quemadmodum in Timeo determinatum est: palam quod habebit et linea et punctum grauitatem: proportionaliter. n. adinuicem habent: quemadmodum et prius diximus. Si autem non hoc differunt modo: sed in terra quidem esse graue: ignis autem leue: erit et planorum hoc quidem leue: hoc autem graue. Et lineam et punctum utique et punctorum similiter: superficies enim terre erit grauior quam que ignis.

**C** Ponit tertiam rationem que talis est. Cum ex superficialibus constituantur corpora: quorum quaedam sunt alij grauiora: hoc potest contingere dupliciter. Uno modo sic quod corpus constituitur grauius ex hoc quod ex pluribus superficialibus componatur sicut dicitur in Timeo: et ex hoc sequetur quod superficies sint graues: quod excessus in grauitate non fit nisi secundum aliquid graue: ut supra dictum est. Et ex hoc sequetur ulterius: quod lineae et puncta habeant grauitatem: hec. n. proportionaliter se habent sicut prius dictum est: quod. i. sicut superficies se habet ad corpus: ita linea ad superficiem: et punctum ad lineam: puncta autem habere grauitatem supra improbatum est. ergo. Alius autem modus est. quod corpora grauiora a lenioribus non differant per hunc modum. i. per multitudinem superficialium. sed per hoc quod terra componitur ex grauioribus: et ignis ex lenioribus: et ita sequitur quod superficialium quedam erunt lenes. et quedam erunt graues. et similiter linearum: et punctorum. quod superficies terre erit grauior quam superficies ignis. et ita redibit idem inconueniens ut prius. **C** Deinde cum dicit.

**C** Totaliter autem accidit nullam quidem esse magnitudinem: aut posse auferri: siquidem similiter se habet punctum ad lineam. Linea autem ad planum: hoc autem ad corpus. Omnia. n. adinuicem resoluta in prima resoluentur. Ita quod continget utique puncta solum esse: corpus autem nullum.

**C** Ponit quartam rationem dicens: quod accidit secundum positionem platonis quod nulla sit magnitudo. vel quod omnis magnitudo possit auferri. i. esse desinere: quod similiter se habet punctum ad lineam et linea ad superficiem. et superficies ad corpus: et ita si corpus componatur ex superficialibus: poterit in superficiali resolui. et eadem ratione omnes magnitudines resoluentur in prima. i. in puncta: et sic sequeretur quod nullus sit corpus sed solum puncta. Nec est simile: si quis velit argumetari quod potest contingere nulla corpora mixta esse: quod possunt resolui in elementa ex quibus componuntur: quod huiusmodi supponuntur celestibus corporibus que operantur in eis mixtionem: puncta autem non supponuntur aliquibus superioribus principijs que in eis inferant necessitatem compositionis.

**C** Deinde cum dicit.

**C** Adhuc autem et si tempus similiter se habeat: auferretur utique quicquid: aut continget utique



ablatus esse. Quod enim nunc indivisibile: vel  
luc puncti linee est.

¶ Ponit quintam rationem dicens qd si tempus hoc mo-  
do se habeat qd ponatur ex instantibus: sicut corpus ex su-  
perficiis: vel linee ex punctis qd totus est unius ronis.  
vt pbatur in.9. physicoz: sequitur qd tempus stringet totali-  
ter tolli per resolutionem in sua indivisibilia. qz ipm nunc  
est indivisibile temporis: sicut punctus est indivisibile li-  
nee. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Idem aut accidit et ex numeris consti-  
tibus celis. Quidam enim naturam ex nume-  
ris constituunt: quemadmodum pythagoricoz  
quidam. ¶ Physica quidem enim corpora vi-  
dentur gravitatem habentia et leuitatez. Ant-  
tates autem neq corpus facere est possibile  
compositas neq gravitatem habere. Quod  
quidem igitur neq omnium generatio est: neq  
simpliciter nullius palam ex dictis.

¶ Assimilat predictam positionem positioni pythagoricoz.  
et dicit qd eade inconuenientia accidit illis qui ponunt celis  
constitui ex numeris. Quidam. n. pythagoricoz posuerunt  
totam naturam ex numeris esse constitutam rone supra dicta:  
quos plato sequutus est. Hoc aut iprobat pbs hic. qz cor-  
pora naturalia hnt gravitatem et leuitatem: unitates aut adinuicem  
mutue non possunt facere corpus qd sit continuu. sed aliqd dis-  
cretum: nec etiam habent gravitatem. qz abstrahunt a situ:  
et persequens a loco. Ultimo etiaz epilogando concludit  
q neq omnium est generatio neq nullius. Quia enim non  
sit nullius: sensu apparet. Quia autem non sit omnium: patet  
per hoc qd impossibile est ois corporis esse generationem: qd qd  
esset si corpus ex superficie generaretur.

¶ Quod autem necessarium existere mo-  
tum simplicibus corporibus natu-  
ra aliquem omnibus: ex his mani-  
festum. ¶ Lectio. V.

¶ Ostendit pbs iprobauit positionem ponentium  
oia corpora generari ex superficiebus. hic in-  
cipit inquirere vtrum corpora naturalia ha-  
beant motus naturales. 2o ostendit quomodo  
motus violenti corporum perficiantur diuer-  
simode a motibus naturalibus ibi. Quoniam autem na-  
turam et. Circa primum duo facit. primo ostendit qd corpora  
naturalia habent motus naturales. secundo ostendit qd  
habent gravitatem et leuitatez: quibus inclinantur ad suos  
motus naturales ibi. Quod autem quidam habere et. Circa  
primum duo facit. primo pbatur qd corpora naturalia habent  
motus naturales. Secundo improbat quorundam philosopho-  
rum opiniones circa hoc erratum ibi. Propter qd et leu-  
cippo et. Circa primum duo facit. primo pponit qd ostendit. et di-  
cit qd qz supra dictum est qd operationes et passionem corpo-  
rum sunt generationes et motus eoz: et de generatione corporum  
inquitur est: restat dicendum de motibus eoz. et dicit qd  
manifestum est ex his que dicentur qd necesse est omnibus  
corporibus simplicibus esse aliquem motum naturalem: cor-  
pora vero mixta sequuntur motum corporis simplicis pre-  
dominantis in eis. qd oib corporibus naturalibus est aliquis motus  
naturalis. ¶ Secunda ibi.

¶ Quoniam enim mota videntur moueri: ne-  
cessarium vt si non proprium habent motum: vio-  
lencia autem et preter naturam idem. Sed et si  
preter naturam est aliquis motus: necesse esse

et secundum naturam: preterque hic: et si multi  
preter naturam: est qui secundum naturam vnus:  
secundum naturam quidem enim simpliciter: pre-  
ter naturam autem habet multos vnusquodque.

¶ Probat propositum duabus rationibus. Quarum pri-  
ma sumitur ex parte motus. Videtur. n. ad sensum corpo-  
ra simplicia moueri. si ergo non habent motum proprium sibi  
naturalem: necesse est qd moueantur per violentiam. Idem autem  
est moueri per violentiam: et moueri preter naturam. qd. n. est  
sibi naturam non est violentum: qz violentum est in quo nil con-  
fert vim patiens: vt dicitur in.3. ethicoz. Ex eo autem qd est ali-  
quis motus preter naturam: sequitur qd sit aliquis motus sibi na-  
turam: respectu cuius dicitur motus violentus preter naturam.  
Non. n. egritudo est preter naturam dispositio. nisi est sani-  
tas dispositio sibi naturam. ois autem peruatio presupponit ha-  
bitum. Et licet sequatur ex hoc qd est motus preter naturam  
q sit motus aliquis sibi naturam: quis tamen sint multi motus  
preter naturam: motus tamen sibi naturam est vnus: vnus. s. cor-  
poris. qz natura vnus rei est determinata ad vnus: a qua con-  
tingit multiplex deuiare: sicut est sanitas vna: egritudines  
vero multe. et hoc ideo. qz vnusquodque sibi naturam est  
simpliciter. i. vno modo: eo qd natura vnus rei est vna: s. vnus-  
quodque. h. non solum multos motus: s. etiam multas disposi-  
tiones preter naturam. ¶ Sed contra hoc videtur esse qd in principio li-  
bri dictum est qd motus sibi naturam contrariatur motus preter na-  
turam. et qd vnus vnus est contrariatur. Ad qd dicitur potest qd pbs ibi  
loquitur de motibus simplicibus. Vnus. n. corpus non potest  
moueri pluribus motibus simplicibus preter naturam. Vel potest  
dici qd si vnus vnus sit contrariatur: tamen contrariatur qd est vt qua-  
tio. potest se habere multiplex: sicut sanitas simpliciter. egritudo  
autem multiplex. Et sicut motus sibi naturam est vno modo: motus autem  
preter naturam multis modis. ¶ 2a rone ponit ibi.

¶ Adhuc autem et ex quiete manifestum: et  
enim quiescere necessarium aut vi: aut secun-  
dum naturam: vi autem manet: vbi et fertur  
vi: et secundum naturam: vbi secundum na-  
turam. Quoniam igitur videtur aliquid ma-  
nens in medio: siquidem secundum naturam:  
palam quia et ratio que hic secundum naturam  
ipsorum. Si autem vi aliquid ferri prohibens:  
siquidem quiescens eundem concludemus ser-  
monez. Necesse enim aut secundum naturam  
esse primum quiescens: aut in infinitum ire: quod  
quidem impossibile. Si autem quod mouetur  
prohibet ferri: quemadmodum empedocles in-  
quit terram a gyratione quiescere alicubi vtiqz  
fertur: quia in infinitum impossibile. Nullum  
enim sit impossibile. Infinitum autem pertran-  
sire impossibile: itaqz necesse stare alicubi qd  
fertur et in non vi manere: sed secundum na-  
turam est: si autem est quies secundum natu-  
ram: est et motus secundum naturam: qui in  
hunc locum ratio.

¶ Et sumitur ex parte getis. et presupponit duo. Quorum primum est  
q necesse est ois qd gescit: gescere aut violenter aut sibi na-  
turam. Secundo est qd ibi gescit aliqd per violentiam: quo mo-  
uetur per violentiam. et ibi gescit aliqd sibi naturam quo mo-  
uetur sibi naturam. Ex his autem argumetur sic. Videtur ad sen-  
sum aliqd corpus gescere in medio: puta terram aut lapidem.  
q sibi naturam aut gescit per violentiam aut sibi naturam. Et si qd  
b.



secundum naturam: sequitur secundum premissa q̄ etiā motus talis corporis ad hūc locū sit nālis: si aut̄ gescit p̄ violētiam: o3 q̄ sit aliqd̄ iferēs violētiam ei qd̄ p̄hibeat ip̄m moueri. Id̄ ergo qd̄ p̄hibet ip̄s moueri: aut̄ mouet̄: aut̄ gescit: si gescit: sicut columna gescēs p̄hibet lapidem suppositū moueri: redibit eadem questio de hoc p̄hibente vtz̄ gescat naturalr̄ vel violēter. 2 si naturalr̄: 2cludit̄ q̄ ē naturalr̄ mouet̄: si aut̄ violēter. itez̄ indigebit alio p̄hibēte: 2 sic necesse est: vel q̄ deueniat̄ ad aliqd̄ p̄mum gescēs fm̄ nām: qd̄ ē ex officio 2tinēri naturalr̄ mouebi tur: aut̄ q̄ in ifinitum p̄cedat̄ in corporib⁹ qd̄ est ip̄ossible: vt̄ in p̄mo ostēsū est. Si vō dicat̄ q̄ gescēs violēter in medio p̄hibet̄ moueri ab aliquo: sicut empedocles dixit. s. q̄ terra gescit per violētiam p̄hibita a giratione celi: remota p̄hibitione: consequēs est q̄ corp⁹ p̄hibitus p̄us moueri feret̄ ad aliqd̄ locū determinatū. qz̄ ip̄ossible ē q̄ ferat̄ in ifinitū. qz̄ ip̄ossible est ifinitum p̄trāsire: nihil enim est possibile fieri: qd̄ est ip̄ossible factū eē. Si ergo ad aliqd̄ locū determinatū mouet̄: quādo illuc deuenit̄ stabit̄: 2 gescet̄: nō violēter s3̄ naturalr̄. 2 ita s3̄ p̄missa: si quiescit naturalr̄ in hoc loco: sequitur q̄ naturaliter ad hunc locum moueatur. 2 sic erit aliquis motus naturalis. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 20. ¶ Propter qd̄ 2 leucippo 2 democrito dicentibus semper moueri prima corpora in vacuo 2 infinito: dicendū quo motu 2 quis secundū naturā ip̄soꝝ motus.

¶ Improbatur quorūdam philosophoꝝ opiniones circa p̄dicta. 2 p̄mo opinionē democriti. 2 opinionē platonis ibi. Idē aut̄ hoc accidere 2c. Circa p̄mū duo facit. p̄mo ex p̄missis 2cludit̄ ifufficiētiam democriti: ponebat. n. corpora idiuifibilia: que dicebat eē p̄ncipia semper moueri in spatio ifinito 2 vacuo. Ostēsū est aut̄ q̄ corporū simpliciū est aliqs̄ naturalis motus. ergo debebant determinare q̄ specie motus huiusmodi corpora moueātur. 2 q̄s est motus naturalis eoz̄. cū aut̄ hoc nō determinauerit: ifufficiēter posuerūt. ¶ Secūdo ibi.

¶ Si enī aliud ab alio mouetur violentia elementozum: sed 2 secundum naturam necesse quendam esse motū vniuscuiusq̄ p̄ter quez̄ violentus est: 2 oportet primū mouentē nō vi mouere: sed secundū naturā. Inifinitum enim est si non aliquid erit secundum naturam mouens primū: sed semper prius motū vi manebit.

¶ Pōnit quādam excusationē. qz̄ ipsi dicebāt q̄ vnum istoz̄ corporū idiuifibiliū que ponebāt elemēta: moueāt̄ ab alio per violētiam. S3̄ hoc excludit̄ dupl̄. p̄mo qd̄z̄ qz̄ si ponit̄ mot⁹ violētus: necesse est q̄ ponat̄ motus fm̄ naturā: p̄p̄ que est mot⁹ violētus: vt̄ supra dictū est. 2 qz̄ o3 q̄ saltē p̄mū mouēs nō moueat per violētiam: s3̄ fm̄ nām. Qd̄. n. mouet p̄ violētiam: h3̄ p̄ncipiū sue motionis extra. 2 ita nō mouet nisi motū. si ergo nō ponat̄ aliqd̄ p̄mū mouēs fm̄ naturā: s3̄ semp̄ moueat per violētiam p̄us motum ab aliquo alio: p̄cedet̄ in ifinitū i mouētib⁹: qd̄ est ip̄ossible: vt̄ p̄batū est in. s. physicoꝝ. Et ita non excusant̄ qn̄ oportuerit eos assignare motū nālē.

Co. 21. ¶ Bem aut̄ hoc accidere necessariū vtiq̄: si quēadmodū in Thymeo scriptū est ante factū esse mundū mouebantur elementa inordinate. Necesse enī aut̄ violentū esse motum aut̄ se

condū naturā. Si aut̄ secundū naturam mouebantur: necesse mundum esse: si quis attendens velit considerare. Tunc enī primū mouens necesse mouere seip̄s motū secundum naturā: 2 mora nō violentia in proprijs quiescentia locis facere: quez̄ quidez̄ habent nunc ordinez̄. Que quidē grauitatē habētia ad medium: que aut̄ leuitatēz̄ habētia a medio: hanc aut̄ mūdus hēt dispōnez̄. ¶ Lectio. VI.

¶ Ostēs p̄s ip̄robauit opinionē democriti 2 leucippi circa motus corporū naturaliz̄: hic ip̄robat opinionē platonis circa idē. 2 p̄mo p̄ rōnes. 2 per dicta alioꝝ p̄hoꝝ: qui circa hoc melius sensisse vident̄ ibi. Videt̄ at̄ hoc ip̄s 2c. Circa p̄mū ponit̄ quatuor rōnes. Circa quāz̄ p̄mā dicit q̄ idē icōueniens q̄ accidit democrito 2 leucippo: necesse est accidere si q̄s ponat̄ q̄ anteq̄ mūdus eēt factus: elemēta ex q̄bus mūdus 2stituit̄: mouebant̄ motū iordinato: sicut in thymeo scribit̄ a platone narrate: q̄ anteq̄ mūdus a deo fieret mā iordinate fluctuabat. Qu aut̄ idē accidat ex hac positione ostēdit̄ subdēs q̄ necesse est dicere q̄ motus iordinat⁹ quo mouebant̄ elemēta: aut̄ esset violētus aut̄ fm̄ naturā. Et si qd̄ eēt violentus redit̄ in p̄mā positionē. Vñ accidit idē icōueniēs. Si aut̄ eēt fm̄ naturā. hoc est p̄riū posito: ponit̄. n. q̄ nōdū mūdus erat Si vō elemēta mouebant̄ fm̄ naturā: necesse est dicere q̄ tūc mūdus erat: sigs̄ attēte velit 2siderare. Cū oīs motus ēt fm̄ platonē: reducat̄ sicut in cām: in p̄mū mouens Si ergo elemēta quocūq̄ mō mouebant̄: necesse est dicere q̄ p̄mū mouēs mouebat seip̄m fm̄ nām: p̄mum aut̄ mouēs hic itelligit̄: nō simplr̄ p̄mū. qz̄ hoc est oīo imobile: vt̄ p̄bat̄ in. s. physicoꝝ. 2 in. 12. metaphysi. s3̄ p̄mū mouēs in genere nālīū mouētīū: qd̄ mouet seip̄m tanq̄ p̄positū ex motore 2 moto: vt̄ p̄batū est in. s. physicoꝝ. Alia tñ littera h3̄ p̄mū mouēs necesse mouere ip̄m motū. s. p̄mū fm̄ nām. Et ēt itelligit̄ de p̄mo motore simplr̄ mouēte simplr̄: qd̄ ē oīo imobile: qd̄ mouet p̄mū mobile. Quocūq̄ aut̄ mō accipiat̄ p̄mū mouēs: necesse est q̄ moueat fm̄ nām. Nō. n. est possibile: vt̄ id qd̄ est p̄ter nām sit p̄us eo qd̄ est s3̄ naturā: vt̄ ex p̄missis p̄s. Si aut̄ p̄mū mouēs naturalr̄ mouet: necesse est q̄ corpora mota que sequuntur motionē p̄mi mouētis nō moueant̄ p̄ violētiaz̄: neq̄ gescāt per violētiam in proprijs locis: s3̄ seruēt eūdē ordinez̄ que nūc tenēt. ita. s. q̄ corpa graua cedāt ad mediū. 2 ibi quiescāt: corpora aut̄ leuia ferant̄ a medio: 2 sursum moueāt̄. hec aut̄ dispositio mūdi existentis ē: seq̄tur ḡ q̄ mūdus eēt anteq̄ fieret. Non ḡ est p̄sonū ponere q̄ elemēta priusq̄ mūdus fieret mouerent̄ fm̄ naturā: vel scdm̄ violētiam. 2 sic seq̄tur idē icōueniēs qd̄ democrito 2 leucippo. ¶ Secūdam rōnē ponit̄ ibi.

¶ Adhuc autēz̄ tantū queret vtiq̄ aliqs̄ vtrū possibile aut̄ impossibile erat mora inordinate 2 misceri talibus mixturis: quedam ex quibusdāz̄ constāt secundū naturāz̄ cōstituta corpora. Dico autēz̄ puta ossa 2 carnes quēadmodum empedocles inquit fieri in amicitia. Dicit enim q̄ multozum capita sine ceruice germinauerunt.

¶ Que qd̄ quātū ad aliqd̄ in idē tēdit̄ qd̄ p̄ria. s. q̄ mūdus eēt anteq̄ fieret: s3̄ p̄ma hoc 2cludebat ex parte corporū simpliciū. hec aut̄ rō 2cludit̄ ex parte corporū mixtorū: vtrorūq̄ dispositio attēdit̄ ēt in 2sistētia mūdi. dicit

Co. 23.

Co. 22.

Co. 24.



ergo si elementa antequam mundus fieret mouebantur iordinate: potest aliquis querere utrum elementa que iordinate mouebantur: possent misceri talibus mixtionibus: ut ex eis constituerent corpora que sunt naturam constant. scilicet carnes et ossa. et alia huiusmodi: si quis. n. dicat hoc non fuisse possibile: sequitur quod elementa non omnino iordinate mouebantur: cum scilicet non possent indifferenter quibuslibet motibus moueri. Nam empedocles ponens elementa moueri ab amicitia: dixit quod huiusmodi corpora per motum quo amicitia ea mouebat. constituebantur: eo scilicet quod ex solis motibus elementorum per amicitiam alicui generabatur caro. alicui ossa: alicui caput: alicui manus. Unde dicitur quod ex tali coniunctione elementorum per amicitiam sunt producta multa capita sine ceruice. Si ergo sic dicatur fuisse possibile hec producta: elementa non omnino iordinate mouebantur. Si vero possibile erat hec producta: iam erat completa mundi dispositio non solum quantum ad corpora simplicia: sed et quantum ad mixta. ¶ Est autem attendendum quod germinatio capitum sine ceruice sunt empedocle causa ex amicitia: non sunt ultimum terminum sue motionis: in quo ex omnibus facit unum: sed per processum quo paulatim plura in unum redigitur: ex elementis corpora mixta constituitur. ¶ 3<sup>o</sup> ratione ponit ibi.

23. **¶** His autem qui infinita in infinito mota faciunt: si quidem unum mouens necesse una fermentatione. Quare non iordinate mouebantur. Si autem infinita motoria: et latitudines infinitas necessarium esse: si enim finite: ordo aliquis est. Non enim ex non ferri in idem iordinatione accidit: neque enim nunc in idem feruntur omnia: sed que eiusdem generis solum.

¶ Inducitur autem hec ratio non absolute contra platonem: sed contra opinionem democriti et leucippi qui ponebant infinita corpora indiuisibilia moueri in spacio infinito: si hac positione platonis susciperetur: quod ante mundum elementa mouerentur motu iordinato: sequeretur inconueniens: aut. n. omnia illa infinita mouerentur ab uno mouente. scilicet sunt spiritum: puta a gravitate: vel leuitate: aut ab infinitis. Et si quidem ab uno necesse esset ea ferri una specie motus localis: puta motu qui est sursum: vel motu qui est deorsum. et ita non mouerentur iordinate. Iam. n. in hoc attenditur aliqua ordinatio motus quod omnia feruntur in idem. Si vero essent infinita principia motus specie differetia: sequeretur quod etiam essent infinita species motus: quod est impossibile sed premissa: in quibus ostensum est non esse infinitas et indeterminatas species motus. Idem autem verum est de infinitis principijs motuum: et infinitis motibus. quod si essent finite species motus causate a finitis principijs: iam attendere in eis aliquis ordo: non. n. iordinatione motuum puenit ex hoc quod non omnia corpora feruntur in idem: quod est esse plures species motus. quod etiam nunc quando mundo iam facto est ordinatus motus corporum: non omnia corpora feruntur in idem: sed solum ea que sunt unius generis: sicut omnia graua deorsum. Addit ergo per hanc irerionem quod necesse est ponere motus infinitos: si antequam mundus fieret corpora mouebantur iordinate. ¶ 4<sup>o</sup> ratione ponit ibi.

24. **¶** Adhuc autem iordinate nihil est aliud quam preter naturam: ordo enim propria sensibilibus natura est. Sed adhuc et hoc inconueniens et impossibile infinitum iordinationem habere motum: est enim natura illa rerum quale habent plura: et plurimo tempore. Accidit igitur ipsis contrariis. Iordinationem quidem esse secundum naturam: ordinem autem et mundum preter naturam: quauis nihil ut contingit sit eorum que secundum naturam. ¶ Per quam ostenditur quod predicta positio sibi ipsi contradicit. ni

hil enim aliud est esse aliquid iordinate quam esse preter naturam. In rebus. n. sensibilibus apparet quod ordo est propria natura eorum. quod scilicet per propria naturam unumquodque eorum inclinatur ad aliquid certum. hec autem inclinatio est ordo: quod attenditur in sensibilibus rebus. Tunc. n. unumquodque dicitur iordinate agere aut moueri: quoniam hoc accidit non sed inclinatione nature proprie. Ex quo adhuc apparet hoc esse inconueniens et impossibile quod res immobilis habeat motum iordinationem infinitum. id est infinito tempore durante. quod sicut dictum est motus iordinationem est quod est contra naturam. apparet autem hoc ad rationem nature cuiuscumque rei pertinere quod inueniatur in pluribus que sunt unius generis: et plurimo tempore. non enim dicitur esse naturale homini: quod aliquibus paucis puenit: puta esse ambidextrum: sed quod in pluribus et frequenter inuenitur. sic igitur accidit ipsis platonibus ponere simul contraria. scilicet quod iordinatione motus sit sed natura: eo quod fuit tempore infinito ante mundum: et quod ordinatio motus et mundus constitutus motu iam ordinato sit preter naturam: eo quod pauciori tempore fuit: quous nihil eorum que sunt sunt naturam sit ut contingit. id est absque certo ordine. Est autem attendendum quod rationes Aristotelis directe contra positionem platonis procedunt si ex verbis eius intelligatur quod prius tempore erat iordinatione motus elementorum quam fieret mundus. sectatores autem platonis dicunt eum hoc non intellexisse: sed quod omnis ordinatio motus sensibilibus est a primo principio. ita quod alia in se considerata preter influentiam primi principij: sunt iordinata. Et sunt hoc Aristoteles. non obicit hic sensum platonis: sed contra platonem verba: ne ab eis aliquis in errorem inducat. ¶ Deinde cum dicitur.

¶ Videtur autem hoc ipsum etiam anaxagoras sumere bene. Ex immobilibus enim inchoat mundum facere. Temptant autem et alij congregantes aliquantulum iterum mouere et segregare: distantibus autem et motis non rationabilem facere generationem. Propter quod et empedocles pretermittit eam que in amicitia. Neque enim utique poterat constituitur celum ex segregatis quidam construens. congregatione autem faciens propter amicitiam: ex disgregatis enim est constitutus mundus elementis: itaque necessarium fieri ex uno et congregato. ¶ Quod quidem igitur est naturalis quidam motus uniuscuiusque corporum: quo non uiuentur: neque preter naturam: manifestus ex his.

¶ Improbatur predicta positione ex dictis aliorum philosophorum qui super hoc sensisse melius videntur ei. Circa quod considerandum est: quod tam democritus et leucippus quam et plato duo videbantur posuisse se circa corpora existia ante mundum. primo quidem. quod ponebant ea moueri. et quod ponebant ea segregata. quantum ergo ad primum dicitur quod hoc ipsum quod consideratur circa constitutionem mundi videtur anaxagoras bene sumere. posuit. n. quod mundus inciperit ex corporibus non prius motis. Quod quidem rationabilius est quam dicere mundum fieri ex corporibus prius motis: nam motus actus quidem est in potentia existentis: et ita medium est iter prima potentia et prima actus: in his autem que sunt: principium sumitur ab his que sunt omnino in potentia. Et ideo rationabilius est principium mundi constituitur ex his que omnino non mouentur quam ex rebus motis. Quam autem ad 2<sup>o</sup> dicitur quod et alij philosophi ponentes principium mundi congregantes aliquantulum. id est dicentes quod antequam mundus fieret: erant omnia aliquantulum congregata in unum: tentauerunt assignare modum quomodo res iteque mouerentur: et adiuuicem segregarentur in ipsa mundi constitutione: sicut posuit anaximander et empedocles. Non est. n. rationabile quod aliquis faciat generationem mundi ex rebus prius distantibus et motis: sicut. n. motus est actus quidem. ita et discretio seu distantia rerum est per proprias formas



¶ In quas res sunt in actu: ¶ In ens q̄ sunt in potentia: res nō discernunt. Et q̄ gñatio pprie fit ex eo qd̄ est in potētia. ideo nō est rationabile gnare munduz ex reb̄ discretis et motis. Et ide est q̄ empedocles in p̄ia generatione mūdi p̄termisit amicitia ad quā p̄inet cōgregare disgregata: nō. n. poterat empedocles tradere constitutionē celi. i. mūdi. ita q̄ constitueret ipm̄ ex reb̄ segregatis faciēdo cōgregationem p̄us disgregatoꝝ per amicitia: sic. n. sequeretur q̄ mūdu eēt cōstitut⁹ ex elemētis p̄us disgregatis: qd̄ est cōtra p̄dicta. Un̄ q̄ in cōstitutione mundi vtebat̄ solū lite ad quā p̄inet disgregare cōiuncta: cōsequēs est q̄ mūdu etiā fieret ex aliquo vno et cōgregato ex multis. Ultio aut̄ epiloga do cōcludit māifestū eē ex p̄dictis q̄ est qdā naturalis mot⁹ vniuscuiusq̄ corporis quo non mouet̄ p̄ violentiā neq̄ p̄ter naturā.



**Q**uod autem quedam habere necessarium inclinationem gravitatis et leuitatis ex his palam.

**Lectio VII.**



¶ Ostēdit p̄s oñdit q̄ corpora naturalia habēt mot⁹ naturales. et iprobauit positiones phoꝝ rū q̄ circa hoc errauerūt: hic oñdit q̄ corpora que mouent̄ naturalr̄ motu recto habēt gravitatē et leuitatē: p̄ncipia. n. motus naturalis in dictis corporib⁹ attendunt̄ fm̄ gravitatem et leuitatez. Primo ergo p̄ponit qd̄ itēdit dicens manifestū esse ex his que sequunt̄ q̄ qdā corpora que. s. mouēt̄ naturalr̄ motu recto: necesse est habere gravitatem et leuitatem quibus inclinatur ad p̄pria loca. Dicit autem quedam ad differentiam eozum que circulariter mouent̄. ¶ Secundo ibi.


¶ Adoueri quidem enim inquamus necessarium esse: si autem non habebit natura inclinationē quod mouetur: impossibile moueri aut ad medium aut a medio.

¶ Inducit p̄bationē ad p̄positum dicens. hic dicim⁹ cōmuniter q̄ necesse est corpora naturalia moueri. Ex hoc. n. dicunt̄ naturalia q̄ habēt in seipsis p̄ncipiū motus: vt ex. z. phisicoꝝ apparet: s̄z si illud qd̄ mouet̄ nō h̄z naturalem inclinationē qua tēdit in aliquē locū determinatū: impossibile est q̄ moueat̄ vel ad mediū: qd̄ fit per inclinationem gravitatis: vel a medio: qd̄ fit per inclinationē leuitatis. ḡ necesse est corpa q̄ mouent̄ motu recto habere gravitatem et leuitatem. ¶ 3.º ibi.

¶ Sit enim quod quidem in quo. a. non graue. Quod autem in quo. b. gravitatez habēs: feratur aut̄ nō graue per eam que. g. d. Quod autem. b. in equali tempore per eam que. g. e. per maius enim fertur gravitatem habēs. Si itaq̄ diuidatur corpus habens gravitatem: vt que. g. e. ad eam que. g. d. possibile enim sic se habere ad aliquid earuz que in ipso partium: si totum fertur per totam. g. e. partem: necesse in eodem tēpore eam que. g. d. ferri. Itaq̄ per equale fertur nō graue et gravitatē habēs: qd̄ quidē impossibile: eadē aut̄ rō et i leuitate.

¶ Probat qd̄ supposuerat. s. q̄ si p̄dicta corpora non habeāt gravitatez et leuitatez q̄ nō mouerent̄. Et p̄mo oñdit q̄ nō mouerent̄ naturalr̄. 2.º oñdit q̄ nō mouerent̄ p̄ violentiā ibi. Adhuc aut̄ si erit aliqd̄ corpus rē. Dicit ergo primo. q̄ si aliquod inferiorum corporum non habet

gravitatē vel leuitatē: sint duo corpora: quoz vnū sit a. nō habēs gravitatē. aliud aut̄ sit b. habēs gravitatē. moueatur aut̄ a. qd̄ est corp⁹ nō graue: aliquo determinato tēpore: puta p̄ spaciū vni⁹ hore p̄ magnitudinē que ē g. d. motu. s. qui est ad mediū: corp⁹ aut̄ qd̄ est b. gravitatē habēs: feret̄ in eodē tēpore eadē spē mot⁹ p̄ maiorē magnitudinem: que sit g. e. necesse est. n. q̄ corp⁹ habēs gravitatē ferat̄ equali tēpore p̄ maius spaciū q̄ corp⁹ nō habēs gravitatē: sicut et corp⁹ graui⁹ feret̄ citi⁹ deorsum: q̄ corp⁹ minus graue. Diuidat̄ aut̄ corp⁹ b. h̄ns gravitatē fm̄ p̄portionē que est g. d. vt. s. se habeat totū b. ad partez ei⁹: puta que sit e. sicut se h̄z totū g. e. ad g. d. nihil. n. p̄hibz talē diuisionē fieri corporis b. cū oē corp⁹ finitū possit diuidi p̄ q̄cunq̄ p̄portiones datā. p̄cedat̄ ḡ sic: sicut se h̄z g. e. ad g. d. ita se h̄z b. ad partez ei⁹. ergo p̄mutatim: sicut se h̄z totū b. ad totum g. e. ita se h̄z pars diuisa ad. g. e. Si ergo totum b. fertur tempore determinato per totum. g. e. necesse est q̄ pars ipsius b. in eodē tempore ferat̄ p̄ magnitudinē g. d. In eodē aut̄ tpe corp⁹ a. nō habens gravitatem ferat̄ sup̄ eadēz magnitudinē. ergo sequet̄ q̄ corpus habens gravitates. et corpus nō habens gravitatem in equali tpe ferant̄ sup̄ eadēz magnitudinē. et eadēz rō est si altez corp⁹ ponat̄ h̄re leuitatē. Sic ḡ manifestū est q̄ seq̄ icōueniēs: si aliqd̄ inferiorū corporu ponat̄ nō h̄re gravitatē neq̄ leuitatez. ¶ Deide cū dicit.



¶ Adhuc autem si erit aliquod corpus motū neq̄ leuitatem neq̄ gravitatē habens necesse hoc vi moueri. Quod aut̄ vi mouetur infinitū facit motum. Quoniam enim virtus quedaz mouens minus et leuius ab eadē virtute plus mouebitur. Adotum sit quod quidem in quo a. non graue per eam que g. e. Quod autez in quo. b. gravitatem habens: in equali tempore per eam que g. d. Diuiso autem gravitatez habēte corpore vt que g. e. ad eam que g. d. accidet ablatum a. gravitatez habēte corpore per g. e. ferri in equali tempore: quoniam totuz feratur per eam que g. d. Velocitatem habebit que minoris ad hoc quidem maioris: aut maius corpus ad min⁹. Equale igitur nō graue fertur corpus et gravitatem habens in eodem tempore. Hoc autem impossibile. Itaq̄ quoniam omni appposito maiorēz mouebitur distensionem non graue: in infinitū vtiq̄z mouebitur. Manifestuz igitur q̄ necesse corpus omne gravitatem habere: aut leuitatez: quod determinatum.

¶ Oñdit q̄ si sit aliqd̄ inferiorū corporu nō habens gravitatem vel leuitatez q̄ nō possit p̄ violentiā moueri. et dicit. Ex quo oñsum est per rōnez p̄dictā q̄ corp⁹ sine gravitate vel leuitate nō pōt moueri nāl̄ motu recto. necesse est si moueret̄: q̄ moueat̄ p̄ violentiā. Nā ois mot⁹ huius modi corporu aut est naturalis aut violent⁹: s̄z nec p̄ violentiā moueri poterit. q̄ si moueat̄ p̄ volētiā: necesse ē q̄ sit mot⁹ ifinit⁹. i. ifinite velocitatē: qd̄ est ipole. Et q̄ hoc

Co. 27.

Co. 28.



sequat pbat pmissio hoc principio qd si aliq virtus .i. violentia sit mouens aliqd corpus grauius vel leuius ab eadez virtute .i. ab eadem violentia plus .i. velocius mouebit in motu .s. deorsum: na corpus maius et grauius magis violententer resistit. Sit igitur a. corpus non habes grauitate qd violententer moueat sursum p magnitudine q est g. e. aliud aut corpus sit b. grauitate hns: qd ab eadez virtute in equali tpe moueat p magnitudine q est g. d. minore vtiqz qz g. d. sicut grauius minus mouet ab eadez virtute. ita graue minus qz non graue. Diuidat g corpus b. habes grauitatez fm pportione q est magnitudinis g. e. ad g. d. sequet g sicut et plus: qd id qd auferit p diuisione a corpore b. grauitate habete: feratur p magnitudine g. e. in equali tpe in quo ferebat p ipsaz corpus a. non habes grauitate: q totu corpus b. in eodez tpe ferebat p magnitudine g. d. q est minor. Opz. n. ee pportioez velocitatis minoris magnitudinis ad maiore: sicut se bz maius corpus ad minus. Ita .s. q in eodez tpe maius corpus moueat p minore magnitudine. et minus p maiore. qz minus corpus ab eadez virtute velocius mouet. Sequet igitur p equali spaciū ferat corpus non graue. et corpus habes grauitate in eodez tpe: qd est impossibile. Qd cūqz aut corpus graue proponat: qz cūqz velocius moueat adhuc corpus non graue mouebit eodez tpe per maius spaciū. Sic igitur sequit q corpus non graue moueat infinita velocitate p violentia: qd est impossibile. et eadez rō est de corpore leui. Sic g epilogo dōcludit manifestū ee qd oē corpus qd dterminatū est .s. qd mouet motu recto necessario habeat grauitate vel leuitatem. Et dicit notater dterminatū. vel qz hic dterminate de ipso loqz. vel qz huiusmodi corpora mouent motu recto put sunt segregata et diuersa: non autez secundū se tota. ¶ Deinde cum dicit.

A	G	E
B	G	D

26.  
27.



¶ Quoniam autē natura est in ipso existens motus principium: virtus autē in alio secundū qd aliud. Ad motus autē hic quidem secundū naturam. Hic autē violentus omnis: eū quidem qui secundū naturā puta lapidi eum qui deorsum: velocius rez faciet qd secundā virtutē. Eū autē qui preter naturā totaliter ipsa.

¶ Quia superius fecit mentionē de motu nali et violento hic ostendit qualiter vterqz motus perficiat. Et circa hoc duo facit. pmo ostendit dñiam motus nalis et violenti. 2o ostendit quomodo vterqz motus inuenit in aere ibi. Ad ambo at rē. Circa pmo duo facit. p ostendit dñiam motus nalis et violenti. 2o ostendit quomodo violenta aduersent in motu nali ibi. Eū qdē rē. differunt autē motus nalis. et violentus fm sua principia. et id pmo diffinit principia vtriusqz motus. et dicit qd na est principium motus exis in eo qd mouet: vt manifestū est in .z. phycorū Virtus autē .i. potentia mouens p violentia: est principium motus exis in alio fm qd est aliud. Qd qdē dñ. qz pot p accidēs principium motus violenti ee in eodez: nō tñ fm qd ee idēz s3 fm qd est aliud. Sicut etiā medicus sanat seipm nō sicut medicū: s3 sicut ifirmū. Et ex hoc p3 qd qdā motus est fm nām: qdā at motus est violentus. Est. n. motus fm nām: cuius principium est in ipso qd mouet: nō solū at principium actiuū: s3 et passiuū. Qd qdē est potētia p quā aliqd est naturaliter susceptiuū motiōis alteri. et id cum corpora inferiora mouent a corporibz superioribz nō est motus violentus: s3 nalis. qz in corporibz inferioribz est nalis aptitudo vt sequantur

motiones superiorū corporū. Motus autē violentus est: qñ principium motus ab extrinseco: sicut cū hō pycit corpus graue sursum: in quo nulla est nalis aptitudo ad talē motū. Ostendit autē sequenter quomodo violentia misceat motui nali. Cum. n. motus q est alicui corpori nalis: sicut lapidi est motus nalis deorsum: potētia violententer mouens facit aliquā velocitatem. et sic talis motus quodammodo est mixtus dum secū h3 a nā additionē velocitatis. quocunqz. n. modo esset ibi aliqd a natura: nec eet pter naturā. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ad ambo autē tanqz organo vtrius aere. Haec est enim hic et leuis esse et grauis: eaz quidem igitur que sursum faciet lationem secundum qd leuis cum feratur: et sumat principium a virtute quod deorsum iterum secundum qd grauis: velut enim imprimēs tradit vtrius: propter quod et non assequente eo quod mouit: ferit vi motus: si. n. non tale aliqd corpus existeret: nō vtiqz esset qui vi motus.

